


1563
E
1
3



SNR
NR
H
E
E



AMBROSII.
CALEPINI
DICTIONARIUM
OCTOLINGUE.

Иеронима
Иакова
Дигитомиарии
Английской

AMBROSII CALEPINI DICTIONARIUM,

QUANTA MAXIMA FIDE AC DILIGENTIA ACCURATE
emendatum, & tot recens factis accessionibus ita locupletatum, ut jam
THESAURUM LINGUÆ LATINÆ quilibet polliceri sibi audeat.

Adiectæ sunt Latinis dictionibus Hebreæ, Græca, Gallica, Italica, Germanica,
Hispanica, atque Anglicæ;

Item Notæ, quibus longæ, aut breves syllabæ dignoscantur.


Præter alia omnia, quæ in hunc usque diem fuerunt addita, præcipue à JOANNE PASSERATIO,
olim in principe Academia Parisiensi Eloquentie Professore Regio,

Accesserunt etiam insignes loquendi modi, lectiones etymologiarum, antitheta, translationes, emendationes
adagia ex optimis quibusque Authoribus decerpta.

Deinde magna sylva nominum, tum appellativorum, tum propriorum, ut virorum, mulierum, sectarum, populorum,
Deorum, siderum, ventorum, urbium, marium, fluviorum, & reliquorum, ut sunt vici, promontoria,
stagna, paludes, &c. ita ut omnibus aliis, quæ hactenus prodiere, incredibili & rerum
& verborum numero sit locupletius.

EDITIO NOVISSIMA

Nunc à R. P. LAURENTIO CHIFFLETIO Soc. JESU, Presbytero aliisque Philologis revisa, quamplurimis
aliis dictionibus aucta, atque innumeris quæ alias irrepererant mendis expurgata, & Supplemento
R. P. JOANNIS-LUDOVICI DE LA CERDA ejusdem Societ. propriis locis
reposito, elegantissimo ordine illustrata exhibetur.



LUGDUNI,

Sumptibus LAURENTII ARNAUD, PETRI BORDE,
JOANNIS & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXI.

CUM PRIVILEGIO REGIS.






AD LECTOREM.

SINGULARE Dei beneficium est, quod magna solertia & industria præditi viri fuerint excitati, qui discere cupientibus liberales Artes aliisque politioris literaturæ genera viam sternerent, adjumentaque memoria subministrarent. Enimvero cùm ipse sermo, ipsaque dictiones minimè nobiscum nascantur, quantæ difficultates, quantæ animi anxietates novis jejunisque scholaribus perferenda essent, si methodo investigandi vocabula, quæ sunt innumera, eaque rebus applicandi carerent; cùm plerique etiam doctissimi in plerisque vocibus hæsident, earumque sàpenuero significationem ignorent. Rarus quippe inter mortales qui omnia vocabula nòrit, nec nisi soli Deo convenit vocum omnium simul ac rerum perfecta scientia. Quapropter non mirum si Doctores antiqui, ad memoriae subsidium, composuerint sibi verborum commentarios & indices, qui præstò essent querentibus, ac sine errore & molestia rem quæsitam suggèrent. Quod quidem Commentariorum, aut Syllaborum genus necessitas, ut alia, excogitavit, usus autem & ratio expolivit. Etenim cùm memoriam impeditat atque obruat varietas omnis, tum verò illa perturbat facile, quæ cùm sit numero copiosa, genere ipso est subtilis. Sunt autem ex hoc genere vocabula, quæ cùm ad res illustrandas sint excogitata, rebus ipsis leviora sunt, & magis lubrica, faciliusque memoriā excidunt. Itaque nullatenus illaudabile est AMBROSII CALEPINI artificium, quod Dictionariū appellamus, cuius confectioni simul ac dispositioni præclaram operam navasse in confessò est apud omnes de re literaria bene sentientes: nec in minori pretio habenda sunt ad ipsum augendum tot & tam accuratae doctissimi viri JOAN. PASSERATII lucubrations, aliorumque nonnullorum egregiis artibus & literis excultorum, qui pari studio ad idem locupletandum symbola contulerunt, opera minimè sphenenda: quorum omnium accessione susceptus à Calepino labor in justam magnitudinem excrevisse videbatur. Qui quidem labor quām inops & exiguis primū in manus hominum venerit, nemo est qui ignoret. Omnes porro præstantes hi viri suam sibi laudem jure vendicant; Calepinus quidem, quia prudenter Opus inchoavit; Passeratius, quia recensuit, defacavit, auxitque multū; reliqui demum, pro collatis symbolis. Quoniam vero quæ nostram hanc præcesserunt editiones, præter ea quæ prefati viri ad hoc institutum congesserunt, non pauca se v' addidisse, vel emendasse, nativoque nitori restituisse venditant; ideo, studiose Lector, quid hic quoque à nobis sit præstitum, te monitum esse voluimus. In primis igitur quæ hactenus tum ad conflandum, tum ad augendum hoc Dictionarium

conquisita fuerunt, omnia supra quām credibile videri pos̄it, accuratē recongnovimus, defectūsque, qui siue Typographorum inscitiam, siue fortē Correctorum oscitationem sp̄ctes, irrepserant prop̄e innumeri, quantum in nobis fuit, emendandos curavimus. Deinde tantum abest ut Operis magnitudo nos deterruerit ab auctibus, quin potiū ad ampliores excitārit: siquidem suscep̄ti operis amplitudo facit, ut quo plus adjunxeris, modo consideratē, eō melius quid operis ratio postulet, intelligatur. Quod quidem ea propter fecimus, ne fortē tam iis, qui ante nos hoc stadium sunt ingressi, quām illis, qui post nos idem ingressūri sunt, nimis inopes, & angusti, vel exhausti videremur. Ut autem facilius & quasi uno oculi intuitu cognoscatur, quae (prater S. ISIDORI Glossarium, quod deformatum admodum, hic autem ope Doctissimorum hominum, atque in primis R. P. JOANNIS-LUDOVICI DE LA CERDA Soc. Jesu emendatum, antea per modum Supplementi ad calcem Operis rejecti, nunc propriis locis restitutum) Latinae, & à Latinis Authoribus usurpatæ, tum puræ, tum barbaræ voces huic Operi accreverint, nota hujusmodi ||| designabunt: imo verò quamplures aliae non designatae, jamdudum desideratae, huic novissimæ editioni accesserunt, ex Cælio Rhodiginio, Fungero, Laurenbergio, aliisque de promptæ. Ceterū ne quem offendat nostræ editionis commendatio, siue recognitio spectetur, siue correctio, dispositio, incrementum, sumptus, & id genus alia, quæ ad ampliorē ejus illustrationem conducere poterunt, non erubescemus illi soli inter omnes, quæ hactenus præcesserunt, palmam assignare, utpote à R. P. LAURENTIO CHIFFLETIO Soc. Jesu Presbytero, aliisque Philologis singulari opera ac diligentia revisæ, auctæ, & innumeris quæ alias irrepserant mendis expurgatae. Quod an verum sit, tibi, Lector, ut a quo estimatori, expendendum relinquimus. Interim, abjectâ glande, tot inventis, collectis, paratisque frugibus vescere securus. V A L E.



SUMMA

JOANNES TRITHEMIUS, DE ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBUS.

AMBROSIUS CALEPINVS Bergomensis, Ordinis D. Augustini quo tempore Ludovicus Sforza Mediolanensis Dux præerat, floruit divinarum & humanarum literarum indagator studiosissimus. Vnde opus pergrande suâ industriâ, & magno labore ex innumeris propè Authoribus collectum, de vocabulorum notitia, & præpositionum interpretatione Græca, & Latina, cum Authorum attestatione, nobis commune fecit. In quo non solùm quæ ad literarum, Poëtarum, & Oratorum cognitionem plurimùm conferunt, sed etiam quæ ad Medicos, Philosophos, necnon Doctores Ecclesiasticos pertinent vocabula doctè satis, elegantérque explicuit, quæ profectò doctis pariter & indoctis non mediocre attulerunt subsidium.

Summa Privilegii Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Navarræ Rex Christianissimus singulari privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra decem annos à die ultimæ Editionis computandos, imprimat, seu typis excudendum curet, & vñale habeat Opus, quod inscribitur, AMBROSI CALEPINI DICTIONARIUM OCTOLINGUE, jam recens infinitis penè dictionibus locupletatum, præter PHILIPPUM BORDE Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsem concessionerit. Prohibuit insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, idemmet Opus extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti PHILIPPI BORDE. Idque omne sub confisctione Librorum, aliisque pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Dabatur Parisiis, 22. Februarii 1668.

Ex Mandato Regis

Signatum

D E N I S.

Praeterea fuit hæc ultima Editio die 10. Maii 1681.

Initis antea paëtis participes facti sunt suprascripti Privilegii
DD. ANISSON Bibliopolæ Lugdunenses.

AMBROSI

CUM M. F.
AMBROSIO CALEPINO
BERGOMENSI

LATINA QUANTUM DEBEAT LINGUA,
EXPRIMI LINGUA NON POTEST.
LATIOR LATIO IPSO SCRIPTORIS FAMA,
QUI ABIIT HINC , HINC NON ABIENS.

M. D. V.

ALOYSIUS NOVARIN.



AMBROSI

AMBROSI



AMBROSI CALEPINI DICTIONARIVM OCTOLINGVE.

A



Ab Hebreis, Grecis, Latinis, Arabicis, atque Hispanicis gentibus, quin etiam cunctis terrarum nationibus (teste Isidoro lib. 1. Etymologiarum) prima semper existit. Non tamen eadem apud omnes prolatio. Hebrei enim, Græci, & Arabes non simpliciter proferunt. Aleph Hebreicè, Alpha Græcè, & Alif, seu Alpha Arabicè sonat. Latini vero & Hispani, ceterique Europæi purè pronuntiant. Dein apud Hebreos & Græcos vñà cum reliquis Alphabeti literis, numeris deseruit. Aliquando absolutionis est nota, sicut C condemnationis: inde salutaris à Cicero dicta est. Hæc litera clara ex arteria prodit, os renidens hilaritate quadam liberiùs aperit, spiritusque profundior suapte natura palati conuexum ferit: eius sonus magis auditur in principio, quam in medio, remissior in fine dictionis: fit tamen in principio clarior, si subsequitur minus vehementis spiritus consonans: at si huiusmodi litteræ geminantur, maius incrementum suscipit: si diversæ obstrepentes succedant, non parum asperitatis habet: denique iuxta qualitates consonantium aut simpliciter positarum, aut geminatarum, aut diuersarum coëntium inter se, modò suauius sonat, modò asperius strepit. Cæterisque soni præstantia longè anteit vox illa, in qua plurimum viget A, quod maximè tum in oratione deprehenditur, tum in carmine. Sic duobus potissimum locis apparet, in versu penthemimeri scilicet, & hepthemimeri, ubi fit artis, & thesis, magis canora fiunt carmina. Grandiori figuræ nullum accommodatius elementum. Huius concursus, & positus crebèr non tam exprimit magnitudinis & grauitatis formam: vt

— at nunc horrentia Martis

Arma virumque cano, &c.

quam animi affectum declarat: vt,

Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit:

At regina grani iam dudum saucia cura.

Duo maximi apud Maronē affectus. Verum quia vocales breues grauitati parum idoneæ, longiores verò multò præstantiores, vt ait Iambus & optimus dicendi magister, quum in dubium reuocet quis pes magis aptus sit, & conveniens in fine clausulæ, Trochæus, an Iambus: Iambum concludit qui constet ultima longa, Trochæus verò breui: non indignum fore existimauit hinc subjecere, & singulis elementis (quod non parum conferat ad numeros orationis, it rite res perpendatur) correptionis & productionis regulas in solo dictionis fine: nam in principio, & in medio optimorum Authorum petantur exempla: dent veniam viri docti, non enim ipsis hæc scribimus, sed nouitiiis.

A, in fine cuiuscunque dictionis producitur. Corripiuntur, ita, quia, puta, item nominatiui, accusatiui, & vocatiui, nisi vocatiui à nominatio in as: numeralia verò in ginta, communem habent ultimam. Hæc à tergo aspirationem accipiens, fit interiectio, de qua vide infra suo loco.

A autem præpositio sine aspiratione & cum graui accentu scribitur. Deducitur enim ab ἀπό Græca præpositione, remota ultima syllaba πό: à qua præpositione, Ab, quoque deduci videtur, abiecta ultima litera ο, & mutato τριηui insuam medium b. Eadem ratio est de Abs: qua-

Calepinī Pars 1.

rum trium eadem est significatio: in hoc autem uno differunt, quod A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus à vocali: Ab verò cum omnibus iis, & præterea cum I & ī duabus liquidis, & j consonantis locum tenente: vt Ab lege, Ab rege, Ab Ioue (licet apud Liuum cum aliis quoque consonantibus coniunctum legatur) & Abs cum t, & q: vt Abs Tullio, Abs quolibet. Quæcumque igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad significationem attinet, dici & posse & debere est putandum.

ā, præpositio producitur, & gratiatur in contextu. Priscian. lib. 2. de dictione.

ā, motum à loco significat: vt, Redeo à villa, ab agro: Venio ab urbe, ab Italia. Virg. 2. Æneid.

Et iam Argina phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo.

Neque solùm motum à loco significat: sed etiam tempus, & tum maxime declaratur per quum: vt, A puer te noui, id est, quum puer adhuc esses, te noscere coepi. Sic, Ab infanthia te dilexi, quum dico, significo statim quin inciperet infanthia, cœptam esse meam dilectionem.

A, in ablative breue. Hilarius.

— per quem datâ luce renati.

A, in dictionibus Græcis præposita priuat, vt Apathia, priuatio passionis, &c.

A & Ab proximitatem loci significat. Cic. lib. 1. Acad. Nunciatum est nobis à M. Varrone, venile cum Roma pridie vesperi. Hoc est, non ex ipsa urbe Roma, sed (vt vulnus loquitur) de propè Romam. Nam à vel ab, sic differt ab è vel ex. A Theatro venit, qui à loco qui est iuxta theatrum venit. E theatro venit, qui in ipso theatro fuit. His contraria sunt Ad & In: vt, Eo ad templum, & eo in templum. Author Seruius in arte. Hæc tamen differentia interdum confunditur ab Authoribus.

ā vel ab, iunctum cum verbis passiuis, causam efficientem, siue personam agentem significat: vt, Viectus est à Scipione, id est, Vicit eum Scipio. Quintil. lib. 9. cap. 2. An ab eo fustibus vapulasset. Verti potest hic ablative in dativum, Græco more. Cic. Neque senatus, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Et, Audita vobis esse arbitror. Virgil. Æneid. 1.

— neque tenuit uilli.

Ibidem;

Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.

Interdui ponitur pro Post, πέρι, cum accusatiuo, & λαβεῖ. Cic. de senect. Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus: hoc est, post cuius mortem. Sic dicimus, A partu, A funere, A commœtu: quod est, Post partum, post funus, post commœcum. Sueton. in Cesare. Plebs statim à funere, ad donum Brutii & Cassij cum facibus tetendit: hoc est, post celebratas exequias. Idem in Tiberio. A commœtu castra repente: & A tergo, id est, post tergum, retrò, ponè, ὄποδι, ταχέως. Liu. 3. ab Urbe. Neque holtium à tergo incursum vidit. Sic, A somno, id est, post somnum. Dicimus etiam non inequaliter, A rege secundus: quod est, Post regem primus. Idem 1. ab Urbe. Si dignum qui secundus à Romulo numeretur, creaueritis. ¶ Quandoque significat De, vel Ex. Tercut. in Adelph. A villa mercenarium vidi. Sueton. in Vesp. Alterum ad Iuniam Caluinam à gente Augusti pertinere dicebat: pro, de gente. Martialis,

— ipsam protinus à via salutes.

Et Cic. A Pausania Lentuli liberto audiui: quod alibi per De, vel Ex enunciavit: vt, de Philadelpho audies: id est, Philadelphus tibi dicit.

A

¶ Quaqua

¶ Quandoque habet vim defensionis, & significat Pro *ōmīg*, cum genitivo, ut Ab aliquo facere: ab aliquo stare: ab aliquo esse: ab aliquo dicere, nullam aliam habent vim & sententiam, quam si dices adjuvare & defendere aliquem, vel causam alicujus & defensionem suscipere. Cic. in *Bruto*. Nec verò M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque ejus in exitu vel fortuna, vel mens fuit: qui quamdiu autoritati mea paruit, talis tribunus plebis fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam à Senatu, & a bonorum causa steterit constantius. Idem de *invent*. Commune est quod nihilo magis ab adversariis, quam à nobis facit. Idem de *Orat*. Sed vide ne hoc totum Scævola sit à me. Ubi quod A Senatu ait, & A causa bonorum, perinde est ac si dixisset: Pro partibus S. natus, & bonorum, hoc est, Senatui studuerit & faverit, eumque tutatus fuerit. Idem pro *Claentio*. Non modò dicendi à reo, sed ne surgendi quideni potestas fuit: id est, Pro reo: hoc est in gratiam & favorem rei. Sic dicimus.

A quæstionibus, A testibus, A voluntate, quæ loquutio creberrima est apud idoneos autores: quasi defensor quæstionum, testium, & voluntatis alterius. Ab aliquo solvere, persolvere, dars, numerare, representare, vel suppeditare quis dicitur, si quod ipse alicui debet, id curet, ut alius pro se ac nomine suo solvat, det, numeret, representet, aut suppeditet. Cic. ad *Attic*. Frater elaborat, ut tibi quod debet ab Egnatio solvat. Pro *Cecinna*. Hac emptione facta, pecunia solvitur à Cesenna. Idem pro *Planc*. Sinite me, quod vobis fretus, huic sepe promisi, id à vobis ei persolvere. Idem pro *Flan*. Ab Sixtilio dicit se dedisse & suis fratribus. Ibid. Si prætor dedit, à Quæstore numeravit. Idem ad *Attic*. Reliquæ pecuniae usuram Silio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. Idem cont. Rull. Sumptum haurit ex æario, suppeditat à sociis. ¶ Hinc natæ sunt illæ Iurisconsultorum formulæ, Ab aliquo possidere, Ab aliquo uti, id est, possessionem & usum ab aliquo naustum esse, l. i. D. uti poss. & l. i. D. de itin. actuque priv. ¶ Officiorum præterea & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus fuaguntur: qua quidem in re latissimus hujus præpositionis est usus. Nam A studiis dicitur esse, qui pro cruditione & doctrina sua, præst studiis alicujus, putè principis: Ab epistolis, iñi & iñnā, qui præst epistolis, sive ut eas accipiat, sive ut ad illas respondeat.

A rationibus, qui nunc vulgo Clericus, sive Magister computorum dicitur. Sucton. in *Claudio*. Super hos Polybium à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus non præmiis modò ingentibus, & Quæstoriis, Prætoriis que ornamenti ornari libenter passus est.

A libellis, qui libellis supplicibus præst, οἱεμπογέιαις απεισόδημος τηνητῶν. Sic

A batis, qui præst mensuris, quique annonam mensuris dividit. Nam batus, mensuræ genus est.

A caliculis, qui præst caliculis, quæ sunt vasæ potoria, οἱεμπογέιαις ταῖς κύπελλαις.

A commentariis, qui præst commentariis, hoc est, qui in commentarium custodias refert, & veluti diarium custodiarum conficit. Hunc Asconius Pædianus, Commentariensem vocat. Hieron. lib. 2. Reg. Iosaphat erat à commentariis.

A manibus, sive à manu, dicuntur scribæ, quorum manu ad literas scribendas principes uti solent, εἰ τις ἔτισται πρεπεῖς. Sucton. in *Cesare*, Philomenem à manu servum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius quam simplici morte punit. Hi alio nomine, Ad manum, dicuntur. Cic. lib. 3. de *Orat*. Licinius servum sibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuenses eos Sueton. alibi vocat.

A memoria, cujus officium est suggerere principi res obeundas, & quæ sint agenda in memoriam illius revocare, ex præscripto, εἰ τις ἔτι μηδὲν οὐ βασθίστω.

A pedibus dicuntur servi, quorum pedibus utimur. Cic. ad *Attic*. Nec ullam ob aliam causam, Pollucem scrum à pedibus Romam misi. Martial. lib. 5.

Omnia quum retrò pueris obsonia tradas,

Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Item lib. 7. cosdem vocat Ad pedes: Misti (inquit) lagenam replet ad pedes vino. Invenimus etiam pro eodem Pedes sine præpositione. Idem lib. 3. At ipse retroflexus ad pedum turbam. Et sciendum, A pedibus, per omnes casus eadem terminatione dici. Rectè enim interrogaveris, Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, Servi à pedibus: Misit a pedibus, Dedi a pedibus meis. Hi etiam Circumpedes vocantur. Unde ait Agrelius, Circumpedes sunt obsequia servorum: Antepedes, amicorum. Cic. Circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat.

▲ pugione dicitur qui principis pugionem gestat, eique semper præstè est. Lamp. in *comment*. Inter quos libertinus, qui à pugione appellatus est.

A punctis, qui præst redditui aquariorum, apud Frontinum lib. 2. de *Aquaduct*.

A secreto, sive à secretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (ut docet Budæus in *prioribus in Pandectas Annot*.) imperia recipit diplomatum subscribendorum, edictorumque, quæ in consilio selecto decerni solent, οἱεμπογέιαις ταῖς λαζαρηταῖς.

¶ A vestiatio dicebatur, qui principi erat à veste. Nicætas Choniates οἱεμπογέιαις ταῖς λαζαρηταῖς. Itaque à vestiario est, qui vestem dat Principi. ¶

A voluptatibus, qui studium habet communisci voluptates ad principem oblectandum. Unde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui novum voluptatis genus reperisset. Suet. in *Tiberio*. Denique officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsario Prisco, ¶ Aliquando etiam hæc propositiones pro Contra, ponuntur. Virg. in *Melibæo*,

Dum teneras defendo à frigore myrtos, hoc est, contra frigus. Cic. pro *Fronteo*: A quo periculo defendite, judices, civem sortem. ¶ Quandoque ponuntur pro Per. Plaut. in *Rud*. Ab se cantat cuius sit, id est, per se, sua sponte. Idem in *Bacchid*. Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit: id est, per transennam. ¶ Quandoque pro Præ-

ter, sive Contra: unde Ab re, significat Præter, sive contra utilitatem, aut sine utilitate, οἱεμπογέιαις. Plaut. in *Capt*. Quidvis, dum ab re ne quid ores, faciam: id est, ne quid ores alienum ab honestis moribus, quod bonis moribus non conveniat. Idem in *Trinum*. Ab re consulit, id est, frustra. Sæpius autem usurpatur cum particula negativa. Plaut. in *Afinar*. Haud ab re aucupis. Livius, Haud ab re duxi.

A vel ab, pro *īnīg*, sive pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad. Cic. ad *Atticum*: Sumus enim flagitosè imparati cùm à militibus, tum à pecunia. Idem de *Oratore*. Hæc quin Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit: pro, Quod ad milites, ad pecuniā, ad cæteros pertinet. Plaut. in *Epidico*, A morbo valui, ab animo æger fui: id est, quod ad morbum, quod ad animum pertinet. Idem in *Cure*. Tam à me pudica est quasi soror mea fiet. Pudica (inquit) est, quod ad me attinet. Huc pertinent & hæc, Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus. Dolco ab animo, Dolco ab oculis, & similia apud Plaut. ac Terent. ¶ Accipiuntur etiam

A vel Ab, pro eo quod vulgo dicimus, de parte. Plin. lib. 33. Quod à Sole fuit, in iis melius, quam quod à terra, pro Versus Solem, & versus terram. Idem lib. 2. cap. 47. Sunt ergo bini in quatuor cæli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturinus. Dicitur tamen & A parte, pro eodem. Plin. lib. 13. cap. 15. Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis.

A vel Ab præterea cum ablativo personæ eleganter domicilium significat: ut A judice venio: hoc est à domo judicis. Terent. in *Andr*. Unde est? dic clarè: M. V. à vobis, id est, à domo vestra. Ibidem, Sed Mysis ab ea egreditur. Sic, A me: A Glycerio, aptid eundem.

Ab eo, pro ejus. Terent. in *Eunuco*. Adib, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inib. Ubi Donatus: Hæc est eloquutio, Gratiam ab eo inib, pro, Eius gratiam mcrebor. Nam ab eo, amat Terentius, pro ejus ponere: ut in *Andria*, Hæc primum animadvertendæ ab eo injuria est, id est, ejus injuria. ¶ Sunt & alia harum præpositionum significaciones, cuiusmodi sunt quæ sequuntur. Cæsar: Opportuno, atque occulto loco à millibus passuum circiter duobus, Romanorum adventum expectabant, pro intervallo duum millium passuum. Idem, Positis castris à millibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit. Livius verò aliter loquitur lib. 1. Castra à Fidenis mille passuum locat, pro distantia à Fidenis mille passuum. Idem, Castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant; & sic alibi sepe.

Ab aliquo legare. Cicero pro *Claentio*. Itaque ei testamento legat grandem pecuniam à filio, à secundo hærede nihil legat: subintellige tradendam: id est, A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam, ut is eam non nisi à filio, si quis natus esset, accipere posset: ut scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filii, quum in ea tantum suum columentum positum intelligeret. Nam legata non valebant, si is à quo nominatim testamento relicta erant, hæres esse non potuisset.

A lenone manu asserere, apud Plaut. in *Perf*. Sermo est in compendium redactus, pro eo quod est, à lenonis possessione, vel dominio.

A calce ad carceres, id est, à fine ad principium. Cic. de *Senect*. Nec verò velim quasi decursu spatio à calce ad carceres revocari; hoc est, à senio ad pueritiam.

A cura præstantior. Suet. in *Tyberio*. Sed affectione & morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore, quam à cura præstantior haberetur.

A matre pulli, id est, recenter à nido accepti. Colum. lib. 8. c. 5. Budæus. A memoria exit, id est, oblivioni traditur. Seneca. lib. 3. de *benefic*. Quantum opus sit, quam laudabile, quamque nunquam à memoria hominum exiturum.

A & Ab, eleganter utimur cum his dictiōibus Usque & Propè. Cic. de *divin*. Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus. Virg. *Aeneid*. 7.

Dardanum Siculo profexit ab usque Pachymo.

Plin. lib. 15. c. 18. Tam prope à muris habemus hostem. Hæc de significacione & usu harum præpositionū A, & Ab, & Abs, cæteris dictiōibus appositorum. In compositione separationem significant, & privationem. Neque tamen cum quibusvis literis conjunguntur. Nam A cum m, & v, consonante solum connectitur: ut Amoveo, amens, avello.

A, qui præpositio est, apud Iureconsultos immediati temporis vim habet. Pompon. l. 2. de *orig. iur*. dixit, à cæde. Paulus verò in *I. pater*, ff. de *adulteriis*, à divortio: quorum locorum interpretatio est: illico post cæde, post divortium. Ab, cum a, d, e, f, i, l, n, o, r, & u; ut, Abactor, Abduco, Aberro, Abfore, Abjuro, Ablato, Abnuo, Abortior, Abrogio, Abundo. Duo sunt ex Ab præpositione cōposita, quæ euphonie causa, b mutant in u, Aufero, videlicet, & Aufugio. Significant autem ut diximus, hæc præpositiones in compositione ferè privationem, ut Abfamilis, non familiis. Nonnunquam separationem: ut Abduco, Aufugio. Interdum idem valer quod Extra: ut, Abduco. Aliquando idem quod Contra: ut Abusus, contra usum. Aliquando superfluæ sunt, ut apud Livium, Flavius supplementum ab Roma abduxerat. Cic. pro *Rosc*. Amer. Non est necesse omnes commemorare Curtios, Marios, Mamerkos, quos jam ætas à prælio avocabat. Quasi A milite Macedonio esset. Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Ille qui abest A milite. Idem Pseud. sc. 1. a. 4. Qui A parte advenit Carysto. Idem Pseud. sc. 1. a. 2. Symbolum qui à milite allatus est (de sa part.) Idem Pseud. sc. 4. a. 2. Sed foris concrepuit hinc A vicino sene. Idem Milit. sc. 1. a. 2.

Tempus & A nostris exige triste malis (id est,) ob nostra mala, Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Cognoram Aparva Virgine magnanimam.

Catull. de *com. Beren*. A propinquis opem ferre clienti (i. adversus propinquos.) Gell. cap. 13. lib. 5. Ut vales? haud à pecunia perbe-ne. Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.

Quique sit à saevo longius hoste, &c. pro absit à.

Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist. A vitio studiōque ostentationis loquacior. Gell. cap. 14. lib. 5. Abs te equidem sumam. Tu à me sumes? Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1. A metu otiosos esse jubet, Gell. cap. 29. lib. 2. Interminatus est à minimo ad maximum. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 3. Iuslnero cadum vini veteris à me asserier. Idem Aul. sc. 1. a. 3. Esine à milite Macedo

Macedonio (i. ab eo missus, vel ex ejus familia.) Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Autrum contra cedo modestum amatorem: aurum à me accipe. Idem *Cure. sc. 1. a. 1.* Aedes septimæ à porta. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* A mane ad vesperā pugnata pugna. Idem *Amphit.* A valedidine inoffensa vivere. *Gell. c. 1. lib. 2.* A Menandro mutat Cœcilius, i. præ Menandro. Idem *c. 2. 3. lib. 1.* A summa manu. *Ovid. Eleg. ult. lib. 3. Trif.*

Auserte hinc à me, i. ex loco ubi sum.

Plaut. Cure. sc. 4. a. 4. A principio, vide *Principium*. A me consilium petunt. Idem *Cure. sc. 1. a. 2.* A milite aspicere hominem. Idem *Mil. sc. 2. a. 2.* Quando exierit à nobis. Idem *Mil. sc. 1. a. 2.* Has esse à nobis (i. ex ædibus nostris.) Idem *ibid. sc. 3. a. 3.* A servis castè se habere. *Gell. c. 12. lib. 15.* Tam à me pudica est, quam si soror mea sicut. *Plaut. Cure. sc. 1. à 15.* Cūm adveniat à foro dominum (pro ex.) Idem *Mil. sc. 6. a. 2.* A Sole mitescere uñas. *Gell. c. 8. lib. 15.* Quando exierit à nobis. *Plaut. Mil. sc. 6. a. 2.* M. Audivisti? E. Vsque à principio omnia. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* Ei dedi virginem, qui argentum à te attulit. Idem *Cure. sc. 4. a. 4.* Dabo à me, meoque gnato. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* A me possum dare chlamydem. Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Dare viaticum à Trapezita. *Ibid.* In honore summo est, & ab summis viris. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* A nobis est mercatus mulierē. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* Quos emi de præda à quæstoribus. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* Inibis à me gratiam (id est, meam.) Idem *Cure. sc. 1. a. 3.* Qui amant à lenone. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Non à me scibas pistrinum. In mundo tibi, (de ma pars.) Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Idem *Aul. sc. 2. a. 2.* Diutinū, à manè ad vespere, suppliciū. Idem *Mil. sc. 6. a. 2.* Quid à nobis metuit? Idem *Capt. sc. 2. a. 4.* Usque à puero serviisti. Idem *ibid. sc. 4. a. 3.* A puero puer, ut quis educatus. Idem *sc. 3. a. 5.* Is quæ dixi à principio. Idem *sc. 4. a. 3.*

A vero tertia causa venit.

Ovid. 5. Fast. Dum à sanguine recentia sunt vulnera, sanitas facilis. *Senec. cap. 1. de Consol.*

A Iove tertius Ajax.

Ovid. 13. Met. A voluntibus de officiis, servi, Suet. in *Tiber. c. 43.* A præpositum nominibus oppidorum patriam significat: ut, A Piacentia, A Puteolis, i. Placentinus, Puteolanus. *Caf. 3. de bell. civil.* A mortibus, A viribus, A fortuna probare milites. Suet. in *Cesar. c. 65.* A manu servus. Idem *ibid. c. 74. in August. c. 67.* A se addit verba, de soy. Idem *c. 84.* A se dividere nummos. Idem in *Aug. c. 40.* Is quem dixi à principio. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Si ipsius à foro redierit. Idem *Aul. sc. 3. a. 2.* Megadorus eccum, incedit à foro. *Ibid. sc. 4. a. 3.* A mensa surgere. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* A tergo, vide *Tergum*. Præterea sciendum non solum hanc particulam significare motum è loco, sed etiam à tempore: ut cùm dico, Profectus ab Æmilie Romam me contuli, significo me iter ab Æmilie cœpisse. Sic verè dices, Ab infantia te dilexi, cùm scilicet inciperet infantia. Abs verò componitur cum c. q. & t. ut Ascondo, Absque, Abstineo. Significat quoque retractionem, sicut in Abstraho: & aliquando privationem, ut in Abstemiis, quasi sine temero.

Àaron. c. 17. Abarón. رأّارون. *Suidæ*, nomen proprium summi Sacerdotis apud Hebreos, qui unà cum fratre Mose Israëlitæ eduxit ex Ægypto.

AB

Ab, præpositio. *Cuius ab quoque anima hac moribunda revixit.* *Ovid. Eleg. 5. lib. 4. Trif.* Quidvis ores, dum Ab re ne quid ores; *Plaut. Cap. sc. 2. a. 2.* Corvus mihi cantat ab lœva manu, idem *Aul. sc. 3. a. 4.* Ab te exit domo, idem *Men. sc. 2. a. 1.* L. Cujatis? C. ab Therapontigo milite. Idem *Cure. sc. 1. a. 3.* Rem pro ista solvi ab Trapezita meo, idem, *ibid. sc. 2. a. 2.* In honore summo est & ab summis viris, idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Ab aliquo cavere, vide *Cavere*. Da puer ab summo, tu ab infimo da suavium, idem *Afin. sc. 2. a. 5.* Ab epistolis, à studiis servus. *Sueton. in Claud. c. 1. 28.* Ab ira graviorem cædem edere, idem in *Tiber. cap. 68.*

Luce mea Marso Consul ab hoste cades.

Ovid. 6. Faſtor.

In spe vitis erat cœlum nigrescit ab Austris,
idem 5. *Faſtor.*

Flamas excusſit ab aura, i. flatu.

idem 3. *Faſt.* Credo te esse ab ilio, ita nugas blattis, *Plaut. Cure. sc. 1. a. 3.* (i. ex eius familia.) Ab dextra, ab lœva, vide *Dextra*, & *Læva*. Abscede ab janua, idem *Mostell. sc. 1. a. 1.* Odiosus tandem vix ab ægrotis venit, idem *Men. sc. 3. a. 5.* Concede huc ab isto, quod potes, longissime, idem *ibid. sc. 2. a. 5.* Da ab Delphio cantarchum circum, idem *Mostell. sc. 4. a. 1.*

Alter ab alterius funerè mæſtas erat.

Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trif.

Néve peregrinis tantum defendar ab armis.

idem *Eleg. 1. lib. 2. Trif.* Ab oculis valere, *Gelk. cap. ult. lib. 13.*

Carmina fecerunt ut me mœſque notaret

Iam pridem invisa Cœſar ab arte meos.

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trif.

viridi malè textus ab ulva;

Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trif.*

Imus ad insignes urbis ab arte viros;

tua nuū mitissime Cœſar

Fiat ab ingenio mollior ira meo.

idei *Eleg. 1. lib. 2. Trif.* Ab Ianua abegi uxorem. *Plaut. Menach. sc. 2. a. 1.* Ab domo abeundem est mihi, idem *Aul. sc. 2. a. 1.* Ab alienis cautores sunt ne credant alteri, idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* id est, aliorum exemplo. A Mytilenis recepit uxorem Pompeius, Velleius 21. d. A Calatia & à Caſileno exciti, Velleius 21. a. Id haud est ab re aucupis, *Plaut. Afin. sc. 3. a. 4.* Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet; idem *Men. sc. 2. a. 5.* Munera ab amatoribus convenient, idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Ab ore honestissimus, id est, formosissimus facie. *Apuleius in Apologia.* Hæc dictio apud Hebreos mensem significat, qui Quintili respondet: non verò Augustum, cui respondet Elul.

Abs te quidem sumam. Tu à me sumes? *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Abs te ac tuis me irrideas, idem *Aul. sc. 5. a. 1.* Caveo mihi abs te cautè, idem *Menach. sc. 2. a. 1.* Da sodes abs te auchum aurifici, idem *Menach. sc. 3. Calepini Pars I.*

¶ 3. Domō hoc abs se surripuisse, idem *Menach. sc. 2. a. 5.* De hac præpositione vide supra in A.

¶ *Aba*, Latinis est, quod Græcis ἄβα: compellatio, quâ apud veteres iunior ad seniorem utebatur.

Ἄβα, Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ urbis tyrannidem, quam pater procuratorio nomine administrarat, cultu obsequiisque ab Antonio & Cleopatra sibi impetravit, ἄβα. Vide *Strab. lib. 14.* Fuit præterea *Aba* (ut idem Strabo refert *lib. 10.* ex Aristotelis sententia) civitas Phocidis, cuius cives *Abantes*, ἄβαντες, dicebantur: qui postea relicta patria Euboam incoluerunt, quæ etiam ab ipsis *Abantis*, ἄβαντες, Stephanus dicta est. Est etiam *Aba*, mons Armeniæ, ex quo Domitius Corbulo Euphratem nasci voluit, referente *Plin. lib. 5. c. 24.*

Ἄbacæna, ἄβακανα Ptolomæo, vel *Abacænum*, ἄβακανον Suidæ & Stephanus, Oppidum est Siciliæ, non procul à Messana: cuius incolae dicuntur *Abacæni*, ἄβακαινοι Stephanus. Est præterea *Abacæna*, teste *Ptol. lib. 6.* oppidum Mediae.

¶ *Abices*, carens voce. Item vasorum conditoria, ab *Abax*, cis.

Abacion, *Abaculus*, parvus *abax*. Vas ad ferenda obsonia accommodatum. Item tabula calculatoria.

Abacti, greges, *Abigæi*.

Abactores, fures pecuariorum animalium. *Abactor*, latrunculus pecuarius. *Apul.*

Ἄbaculus, adjæctivum, & *abactus*, us, vide *Abigo*.

Ἄbacus, à genitivo Græco ἄβακος ab ἄβακι, mensa est, vel tabula in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in quas receptacula eduliorum exponi solent. { τὸν luach. *GALL. Dressoir, ou buffet, banc, ou siège.* *ITAL. Desco banco, à sedia.* *GERM. Ein bank/ stuhl.* *HISP. Aparador de la plata à vasos.* *ANGL. A bench.* } Item mensa genus ex opere intectino, ad exponenda omnis generis vasā factum. Cic. in *Verr.* Ab hoc abaco vasā omnia, ut exposita fuerant, abſtulit. *Cic. 4. Tusc.* Abacos complures ornauit auro & argento cælato. Est item tabula calculatoria, ἄβακον, *Anthonio GALL. Tablette à écrire, ou table à jeter ou compter.* *ITAL. La credenziera, la tavoletta da scrivere, cartella.* *GERM. Ein Rechentisch oder tafel.* *HISP. Tabla para escribir à contar.* In qua Logistæ numeros, & mathematici suas lineas & figuræ ducunt. Persius,

*Nec qui abaci numeros, & seculo in pulvere metas
Seit risisse vaseſ.*

Utitur eo in haec significatione & *Apul.* in *Mag.* Veteres mensam Pythagoricam appellabant. Hinc pro supputandi peritia, quæ Platoni τὸν πάντα dicitur, vulgus abuti solet. Aliquando planities à marmore vel structura ad sessum habilis hoc nomine appellatur. In abaco ludere eburneis quadrigis, *Suet. in Nor. cap. 22.* Sunt præterea *Abaci*, columnarum ornamenta, & tabulæ quadratae, quæ epistyliis supponuntur, de quibus Vitruvius *lib. 13. cap. 1.* { *ITAL. La base della colonna.* *GERM. Dreieckete tafel die man zu der zier oben auf die stul legt.* *HISP. Piedra labrada que se pone al pie de la columna baxo.* }

Ἄbaculus, diminutivum est à nomine *Abax*: quo significatur parua mensa, in qua vel rationes subducuntur, vel vasā reponuntur, ἄβακον. Sunt præterea *Abaculi*, calculi quibus utebantur veteres in supplicatione, dispunctioneque rationum: qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes servatur. { *GALL. Gettons à compter.* *ITAL. Segni de far conti, ferlini, ragionati.* *GERM. Salpennig oder Rechenfensning.* *HISP. Contador para hazer cuenta.* *ANGL. Compteris.* } *Plin. lib. 36. cap. 26.* Vitri fragmenta temporata adglutinantur tantum, rursus tota fundi non queunt, præterquam abrupta sibi nec tingi, veluti cum calculi fiunt, quos abaculos appellant.

¶ *Abadir*, lapis quem Saturnus pro Iove devoravit, *Betylus*, p. c. dictus.

¶ *Ἄbar*, *Abarum*, ἄβαρη. Oppidi nomen est in Phocide, ab *Aba* quodam heroe illi inditum, ut Stephanus & Suidas prodicerunt. Hujus incolæ dicti sunt *Abantes*, ἄβαντες, qui postea hac urbe relicta, in Euboë sedes fixerunt, cámque insulam de se vocaverunt *Abantidem*. Pro cognom legitur & *Aba* singulari numero. Vide *Abantes*.

Ἄbæ, *Abæ*, ἄβαι Ptolomæo. Oppidum est in sinu Messeniaco, non procul à Pharis, quod nonnulli idem esse putant cum *Hira*, seu *Oechalia*, una ex septem civitatibus, quæ apud Hom. rum 10. *Iliad.* Achili offeruntur ab Agamemnone. Vide *Hermol.* in *Plin.*

Ἄbætæ, *Ἄbætæ*. Populi sunt Arcadiæ in sinu Messeniaco, quorum urbs *Abæta* commemoratur à Ptolomæo *lib. 5.* Vide *Plin. lib. 4. cap. 6.*

Ἄbægio, *onis*, teste *Varrone lib. 6. de Lingua Latina*, à veteribus dicebatur pro eo quod nos una littera immutata, *Adagionem* dicimus.

{ μεγά μία. *GALL. Proverbe.* *ITAL. Proverbio.* *GERM. Ein Sprüchwort.* *HISP. Refran.* *ANGL. A proverbe.* }

¶ *Abaia*, & *Abafon*, infirma domus. *Isid. gloss.* ¶ Vide *infra*, *Abafon*.

Ἄbala, ἄβαλη. Oppidum est Trogloditarum, non procul à mari Rubro. *Plin. lib. 6. cap. 29.*

Ἄbaliēno, as, are. Quod meum erat alienum facio, vendo, disjungo, separo. { נִכְחָר בַּיּוֹר בֵּזִיר אֲמַדְגָּאָן. *GALL. Alienor, estranger.* *ITAL. Alienare, disgiungere.* *GERM. Entfernen.* *HISP. Enagenar, à desapropiar.* *ANGL. To sell or alter.Plaut. Afin. sc. 1. a. 4.* Non possum vivere, si illa à me abalienetur atque abducatur, idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Ponitur etiam pro separare, disjungere. Idem in *Cure. sc. 3. a. 1.* Nisi mors meum animum abs te abalienaverit, Idem in *Milit.* Istuc crucior à viro me tali abalienarier. Cicer. Attic. lib. 14. Sed totum se à te abalienavit Dolabella. Hinc *Abalienatio*, id est (ut Cicer. in Topic. scribit) ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.

Ἄbaliēnatū, participium, Disjunctor, separatus, venditus: { οὐδὲ μέχαρ ἀνταποταῦρος. *GALL. Aliené, estrangé.* *ITAL. Dipartito, disjunto.* *GERM. Entfernter, abgesondert.* *HISP. Enagenado.* *ANGL. Altered, alienated.Verr. 6.* Abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, rationésque. Abalienati jure civium. *Liv. 2. belli Punici, 137. c.* Abalienata morbis membra præcidunt medici. Fab.

Quintil. pag. 411. Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quintil. lib. 8. c. 3.

Abalites sinus, ἀβαλίτης κόλπος. Exiguus est sinus in tractu Troglytarum, ita dictus ab Abala, eius regionis oppido maritimo. Vide Plin. lib. 6. c. 29.

Abalūs, ἀβαλός. Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt electrum ex arboribus fluere, Plin. lib. 37. cap. 2. Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluvium, idem lib. 6. cap. 19.

|| Abambacestos, ἀβαμβάκεστος, lenocinio nullo fucatus. ||

Abambulantes, Abscedentes, autore Festo ἀβαλόποι.

Abamita, est soror abavi. { η θεός των πατέρων μεγάλη. GALL. La sœur du père de notre bisayen. ITAL. Sorella del terzo avo. GERM. Die schwester des vrans. HISP. Hermana del tercero abuelo. } Instit. lib. 3. Abani, n. Fluvius Damasci, qui in radicibus Libani exortus in Syria-um effunditur mare.

|| Abanet, Abenet, seu Abnet, cingulum sacerdotale, rotundum, polymita arte: ex cocco, purpurâ, hyacinthóque coætextum, ita ut flores appareant distincti, gemmæque. Bud. Ifid. ||

Abbannatio, unius anni exilium.

Abanniti, qui in annum exiliū missi sunt cædis perpetratae causa, quod Græcus sermo, ut author Eust. th. Homeri interpres, ἀβαντίτης, quasi abannationem dicas, conformi Latinis nomine appellat.

Abantēs, ἀβαντῖς. Populi ex Thracia oriundi, qui finibus suis egressi, in agro Phocensi oppidum condidere, quod à ducis sui nomine Abam vocavere, ipsi quoque à nomine oppidi Abantes vocati. Hi postea in Eubœam transgressi, quæ tunc Macris dicebatur, à suo, reliquæ nomine oppidi, Abantidem illam vocavere. Hos Herod. lib. 1. inter Ionas cominemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus in Argonaut. iuxta Pontum collocat. Vide Abantis.

Abantīs, adis, ἀβαντῖς. Patronymicum est, à nomine Abas, quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Apud poëtas ferè pro Danaë ponitur, Abantis ex Acrisio nepte, vel pro Atalanta, nepte eiusdem ex Iasio. Vide Abas.

Abantīs, idis, Straboni, aut Abantias, adis, Plinio, ἀβαντῖς. Stephano & Suidæ, Insula est Bœotiae adiacens, tam ex quo à continentis Euripo discreta, ut ponte iungatur. Hæc test: Strab. in princip. lib. 10. olim Macris dicebatur ob situs longitudinem: postea ab Abantibus Thraciæ populis, qui relicta Aba, Phocensis agri oppido, in hac insula sedes suas fixerunt, dicta est Abantis, & postrem Eubœa. In hac insula est Caphareus promontorium, Græcorum naufragiis infame.

Abaortæ, Plin. lib. 6. cap. 20. numerantur inter Indiæ populos.

Abaphus, Non tintus, { ἀερός, ab αεριativa particula, & βάπτω, tingo. GALL. Non teint. ITAL. Non tinto. GERM. Nit gefärbt. HISP. No teñido. ANGL. Not died. }

Abaptistum, substantivum, Chirurgorum est instrumentum, terebellæ usum præbens, quoties cranii os propter fracturam aliquam perterrabrandum est: habet enim hoc instrumentum in summitate sua labrum, sive obicem prohibentem, ne altius immergi possit, aut meninges lacerare: unde & nomen habet ἀβάπτιστος. Vide Galen. lib. 6. Method. cap. 6. & Cels. lib. 3. cap. 23.

Abaptistus, adiectivum, qui mergi non potest, ἀβάπτιστος, Epitheton est propriè suberi conveniens.

|| Abar, placenta genus. ||

Abarbarea, ἀβαρβαρεῖα, una Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natum Laomedontis ἄστρum genuit, & Pedasum. Homer. Iliad. 6.

|| Abarco, prohibeo. ||

Abarim, אֶבְרִים Babarim. Mons excelsus, dividens terram Amon & Eu-phratis à terra promissionis, contra Iericho ad Iordanem usque fluviū protendens radicem.

Abarimon, Scythæ regio in magna Imaï montis convalle, in qua Sylvæ homines degunt averis post crura plantis, qui maximam habent velocitatem, passimque cum feris vagantur. ἀβάριμος. Plinius lib. 7. cap. 2.

|| Abaris, continentis habitator, quasi baride, id est, navi non egens. ¶ Est etiam || nomen viri proprium, quem ferunt sagittam per orbem terræ circumulisse, nihil omnino vescentem. Hunc Abarim Seuthæ filium, non ignarum literarum, oracula scripsisse traditur, quæ Scythica nuncupantur: & nuptias Hebri fluminis, ac Apollinis adventum ad Hyperboreos ratione metrica, abs quo sagittam accepit, quam diximus. Huius & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad Magnum Basiliū. Haec tenus Cælius. Prater oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, alia quædam scripsit, ut commemorat Suidas. Meminerunt huius Herod. in Melpomene, & Strabo lib. 7. & Scholia festi Arist.

Abarinus, ἀβάρινος. Stephano, vel Abarnis, ἀβαρνίτης, Herodoto. Oppidum est, & regio aspera in tractu Bariano, ad Propontidem, Hecataeus & Ephorus Abarnidem ad Hellespontum collocant, & Lampsaci aicem esse volunt. Vide Steph.

|| Abartenum, in honestum. Ifid. gloss.

Abartia, Bulimus, infatibilitas.

Abarticulatio, dearticulatio, naturalis ossium coniunctio, evidentem motum habens.

Abas, ἀβᾶς, bardus. ¶ Et sacer morbus. Tarentin, ||

Abas, ἀβᾶς, ἀβατός, per unum b, rex duodecimus Argivorum, Lyncei ex Hypermnestra coniuge filius: sunt tamen qui Beli filium faciunt: homo bellicosus, & acerrimi ingenii fuit, & regnavit annis XXIIII. ut inquit Eusebius. Pater fuit Piræti, & Acrisii, & avus Persei, à quo postea Argivorum reges, Abantiadæ dicti. ¶ Abas alias fuit quidam nobilis comes, de quo Virgil. lib. 10.

Vna torvus Abas, &c.

Et alibi,

Are cavo clypeum magni gestamen Abantis.

¶ Alius item fuit centaurus, Ixionis & Nubis filius. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, qui & historicos quoddam commentarios, & Rhetoricen scriptam reliquit, autore Suida. Ab Abas fit Abantius, ἀβαντῖος. Item Abantiades patronymicum

masculinum. Ovid. Metamorph.

Torquet in hunc hastam calido de vulnera raptam

Vltor Abantiades, hoc est, Perseus pronepos Abantis.

Abasa, infima domus, quasi sine base, Ifid. in Gloss. ¶ Est item insula proxima Æthiopibus, in sinu quodam maris Erythrei. Pausan. 2. Eliac.

|| Abasanistus, inexercitatus, non examinatus.

Abascinos, invidia vacuus.

Abascantus, fascini amuletum. Tertull.

Abasci, vel Abasgi, pastores latrociniis dediti. L. IC.

Abascitum, fascini amuletum. ||

Abases, plurali numero, loca sunt deserta & inaccessa in Occidentali plaga Ægypti, ἀβάσται. Hoc enim nomine Ægyptii vocant regiones inhabitatas, & maximis desertis circundatas, ut scribit Strabo lib. 17.

|| Abasilentus, sine rege, non subditus Regi.

Abason, infirma domus, quasi sine base, Ifid. gl.

Abastratura, in gloss. lege, à stratura, qui sternit equum. ||

ABASSVS, urbs Phrygiae apud Livium lib. 38. ab urb.

|| Abaternum, in honestum. Ifid. gloss.

Abathmata, stremmata, bellariorum genera.

Abaton, sacrificium, ad quod non quivis admittus, inaccessibile religio-nis gratiâ.

Abatos, inaccessus, nulli pervius. ¶ Est item || insula Ægypti in palude Memphis posita: ita dicta, quod ad illam propter lini & papyro-rum copiam difficillimus sit aditus, ab a privativa particula, & βαθος, vado, vel ascendo, ἀβάσται. Huius meminit Lucanus lib. 10. Hinc Abatos, quam nostra colit veneranda vetustas, Terra potens.

Hoc nomine etiam vocatus est locus ultra Ægyptum & Æthiopias, iuxta paludem quam stygem vocant. Latini hujusmodi loca, ad quæ difficiles dantur accessus, Invia vocant, sive avia, sive Inaccessa. Sic etiam Ovid. de Pont. Parihorum gentem inviam vocat;

Gens fuit & terris, & equis, & tutas sagittis,

Et non accessis in via fluminibus.

¶ Abatos præterea ædificii nomen fuit, quod à Rhodiis fuit erectum ad tegendum Artemisiam trophæum, quod religione impediti diruere non poterant.

ABAUCHAS, nomen viri, cuius amicus fuit Gyndanes, Huius meminit Lukanus in dialogo, cui nomen Toxaris.

ABAÜNCULUS, Frater abavia. { η θεός των πατέρων μεγάλη. GALL. Le frere de la mere grand. ITAL. Il fratello della terza avola, GERM. Des grosoviers oder grosmuter bruder. HISP. Hermano de la tercera abuela. } Institut. lib. 3.

Ābāū, Proavi pater. { η θεός των πατέρων μεγάλη. GALL. Le Pere du bisayen. ITAL. Il terzo avo. GERM. Des vrans vatter. HISP. Tercero abuelo. ANGL. A great grandfather. } Cic. de Clar. Orat. Iam duorum abavorum quæ est illustre nomen? ¶ Sic abavia, mater proavi. { δαμπιγγαν. GALL. L'ayenle de nostre ayen. ITAL. La terza avola. GERM. Vaders grosvatters muter. HISP. Tercera abuela.

Ābāx, abacis, id est quod Abactis, hoc est, mensa vel tabula, in qua aliquid ponitur: quales sunt mensæ coquorum, in qua disci, aliaque id genus exponuntur. { η θεός των πατέρων μεγάλη. GALL. Dressoir, ou buffet. ITAL. Difco. GERM. Ein Credenztisch/ ein Knechte. HISP. Aparador de vasos, ó sobre mesa del aparador. ANGL. A benche. } ¶ Item tabula calculatoria, in qua Logistæ numeros, & Mathematici lineas suas ducunt. { GALL. Tablette à écrire, ou table à jeter ou compter. ITAL. Tavoletta da scrivere. GERM. Ein Rechuhaneck oder Rechens-tisch. HISP. Tabla pequeña para escribir o contar. } Item tabula quadrata, quæ epistyliis columnarum supponitur. ¶ Sunt præterea Abaces, vala quedam viliora, in quibus pretiosiora reponuntur. { GALL. Estuy de pots, escuelles, vases, & autres choses précieuses. ITAL. La veste & conserva di preziose cose, come tazze d'argento, tiuti, & simili. GERM. Ein futter in dem man Edelsteine geschild behälter. HISP. Aparador de cosas preciosas. } Horum meminit Iovol. in l. hares 100. §. 3. D. de legat. 3. Cui Corinthia vasæ legata essent, huic abaces quoque eorum vasorum collocandorum causâ paratas deberi Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas abaces vasorum numero testator habuit. Proculus vero recte ait, si æneæ quidem sint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. ¶ Notandum tamen est quod in dict. l. docti viri malunt legere βαθος. Vide Alciati parerga. Hinc deducitur Abacion, idem significans quod Abaculus, parvus Abax, ἀβάσται. Ammonius tamen ita distinguit, ut Abax sit mensæ genus in tricliniis, ubi vasæ omnis generis exponi solent: Abacion vero tabula illa calculatoria, in qua vel numeros, vel lineas deletiles ducimus.

Abazæ, ἀβάζαι. Festa fuerunt, vel potius sacra à Dionysio Caprij filio, & Asia rege instituta, Cic. 3. de Nat. Deor. Dionysios multos habemus, primum Iove & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur intermisce: tertium Caprio patre, cùmque regem Asia præfuisse dicunt: cuius Abazea sunt instituta. Dicta Abazea à taciturnitate, quæ hæc sacra celebrantur: ἀβάζαι enim taciturnum significat. Sed hæc falsa esse iampridem docuerunt docti viri: legendum enim apud Cic. Sabazia.

Abbā, per geminū b, ἀβά. Hebræa, vel potius Syria dictio est, νον abbā, composta ex aleph, & beth, in qua singulare quiddam est, quod & pa-tres libent: r audient, & pueri primum sonare discunt. Paulus Rom. 8. hanc vocem exponens: Per quem (inquit) clamamus, Abba pater.

Abbās, tis, Collegii societatisque magister ac moderator. { καριστικης. GALL. Abbé. ITAL. Abbate. GERM. Ein Abt. HISP. Abbad, pre-lado de monges. ANGL. An abbot. } Sunt qui unico b, scribant.

Abbātia, tis, à recentioribus capitul tam pro Abbatis dignitate, quæ pro loco in quo habitat Abbas. Sed quoniam nimis male sonat, Græcos imitatus, per τι scriberem semper, Abbateia, ἀβάτη. GALL. Abbaye, dignité d'abbé. ITAL. Badia. GERM. Ein Ktrey. HISP. Abbadiæ, dignidad de Abades. ANGL. An abbacie.

Abbatialis, tis, quod ad Abbatem, vel Abbatiæ, aut Abbatiam pertinet. Abbatiola,

Abbiola, parua Abbatia, atque jurisdictione angusta. ¶ Abbatisa, foemina ab Abbate. Ἀβασσης. GALL. Abesse de nonnains. ITAL. Badessa. GERM. Ein Ebstin. HISP. Abadessa de monjas. ANGL. An abesse. } Hieron. de modo vivendi. Quam à scmitis justitiae deviat, ipsam etiam abbatissa cognoscat. || Abbatus, amens. Sil. Ital. ||

Abbreuiatio, as, are. Ἀβρεια. GALL. Abbreger. ITAL. Accorciare. GERM. Verkürzen. HISP. Abbreviar lo luengo. ANGL. To make short. } Vegetius in prolog. lib. 3. Quae per diversos autores libriisque dispersa, Imperator invicte, mediocritatem meam abbreviare iusisti, &c.

Acritas, atis, denominativum ab adjektivo Acer, idem significans quod Acredo, vel Acerimonia. *תְּרִירָה tamrur.* *ἀρδαρίνη*. Gell. lib. 13. c. 3. Sicut autem nihil quicquam interest, suavitudo dicas, an suayitas: acerbitaldo, an acerbitas: acritudo, an (quod Accius in *Neoptolemo* scripsit) acritas: ita, &c.

Acritudo, inis, & Acredo, inis. { *תְּרִירָה meriruth.* *ἀρδαρίνη*. } Idem quod acrimonia: tametsi nonnunquam *καρκανηστῆς* pro aciditate, vel etiam acerbitate positum inveniatur. Vitruu. lib. 8. cap. 9. Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quod acer, & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. Aceritudo, *ἀρδαρίνη* apud Gellium, vehementia, sive acritas. lib. 10. c. 27. In libris veteribus memoria extat, quod par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudóque. P.R. utitur eadem voce lib. 13. c. 2.

Acritér, adverbium ab Acer: vehementer. { *ἄξεις, αρδαρίνη, ἀρδαρίστης*. GALL. Aigrement, asrement. ITAL. Fieramente, con vehementia. GERM. Hestiglich, schärflich, därfelich. HISP. Agra, aguda y fuertemente. ANGL. Soworlie, vehementlie. } Cic. in *Pis.* Aceriter intelligere. Tacit. lib. 19. Satis patuit iis, qui principum offendas acriter speculantur. Plaut. *Pseud.* sc. 3. a. 1. Quid agitur? amat, arque egetur acriter.

Acco, Aceratus, Acerosus, vide *Acus, eris*.

Acerbitas, species est saporis, qualis est in fructibus immaturis, terrestri quadam substantia linguam contrahens, exsiccans, atque exasperans: non alia ratione differens ab Auftero, quām quod vehementius adstringat, ut rectè docet Plato in *Timeo*, & post eum Galen. lib. 4. de simp. med. facult. c. 37. { *εριδουρη, τικλα*. GALL. Aigreur, aspreté. ITAL. Acerbità. GERM. Die hebre und seure oder bittere der vnyzyligen fruchten. HISP. Agrura, amargura. ANGL. Egerness, or tariness. }

Translativè ponitur pro asperitate & crudelitate. Suet. in *Calig.* c. 2. Acerbitate verborum afficere. Cic. Q. Fr. Iracundia exarabilis, ut in malis acerbitatibus anteponenda est. Idem, Nec acerbitatē sententiarum, nec differendi spinas probavit. Aliquando pro molestia, sive tristitia potius, ex miseria & calamitate contracta: ut, Syllam temporis acerbitatē subterfugere, apud Ciceronem. Idem in *Catil.*

Mibi

Mihi hæc conditio Consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatissime perferrem.

Acerbitudo, idem quod Acerbitas. Gell. lib. 13. c. 3. Ut nihil quicquam interest suavitudo dicas, an suavitas, sanctitudo, an sanctitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an acritas.

Acerbo, as, Aspero, Exacerbo. { ἄρπη hémar. περιστας τεργίνω. GALL. Enaigrir, r'engreger un mal. ITAL. Inacerbire. GERM. Verbittern. HISP. Hazer agro à amargo. ANGL. To stear up to wrath. } Claudian. lib. 2.

Nec patruo cedunt, stimulat communis in arma
Virginitas, criminque feri raptoris acerbat.

Hoc est exasperat.

Virg. 12. Æneid.

Vel quem se pavidum contra me jurgia singit,

Artificis scelus & formidine crimen acerbat.

Hujus compositum est Exacerbo, quod est valde acerbè, vel asperè turbo.

Acerbus, a, um, propriè dicitur, quod sapore vehementer adstringente præditum est, linguamque gustatum contrahit, & exsiccatur; ut post Platonem docuit Galen. lib. 1. de facult. simpl. medic. { טריר meriri, ἄρπη mar. σεψιδις. GALL. Rovescere, qui agace les dents. ITAL. Acerbo. GERM. Bitter/ herb/ onzettig/ rauch. HISP. Agro, amargo. ANGL. Eger or sovortasted. } Differtque ab Austerio, ut majus à minori. Nam quæ vehementer adstringunt, Acerba, συφά, dicuntur: quæ mediocriter, Austeria, σφόρα. Et quæ acerba sunt, ita gustatu miserè fauces afficiunt, ut iterum gustare nolimus. Hinc locus proverbio, Post acerba prudentior, παχὺ τὰ δύναται οὐ σεψιδια φορμώνεται. Congruet in eum, qui suo malo redditus est cautior. Uva primò est per acerba gustatu, deinde matura dulcescit. Cic. de Senect. Translate ponitur pro vehementi, duro & aspero: & tam ad res, quam ad personas referunt. Ovid. El. 5. lib. 1. Trist.

— malè fidus rebus acerbis, (i. duris.)

Et 4. Faſt.

Et petus ante diem partus edebat acerbos.

Et 2. Faſt.

— in partus mater acerba fuos.

Unde Acerbum vulnus, Acerba mors, πάχη ὁ μέρος. Virgil. lib. 6.

Abstulit atra dies, & funere merxit acerbo.

Plaut. Amphit. Qui multa Thebano populo objecerunt funera. Et Af. sc. 3. a. 3. Acerbum funus filiae faciet si te carendum est. Senec. c. 9. de Consol. ad Mart. Acerba funera infantium. Ibid. c. 17. Nullum non acerbum funus est quod parens sequitur. Ibid. c. 16. Acerba mors Livii, Drusi. Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate gustui molesti sunt & injucundi. Cic. Fam. 1. Eo die acerbum habuimus Curionem. § Acerba pro Acerbè adverbio. Lucret. lib. 5.

Affer, acerba tumens, immani corpore serpens.

§ Acerbum, substantivum. Ovid. lib. 5. Tristium, Eleg. 2.

Detrahat ut multum, multum restabit acerbi.

Acerbè, acerbius, acerbissimè, adverb. Asperè. { τραχής. GALL. Aigrement, asprement. ITAL. Aiprement, duramente. GERM. Bitterlich/ hartlich. HISP. Agramente, duro, severo, aspero. ANGL. Egorlie, tartlie. } Cic. 1. Offic. Ea bella minus acerbè gerenda sunt. Idem 1. Tuse. Acerbius exigere dixit.

Acerrà, Arcula, in quam thus reponi solet, quo diis sacrificatur. Festus. { πόνησις mactab. πυρετός. GALL. Encensoir. ITAL. Casseta de l'incenso, naevicella. GERM. Ein Rauchfass. HISP. El vaso de navelilla del encenso. ANGL. A ship which was used in the church to put frankensence in. } Thuribulum vulgo dicitur. Festus putat esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Cornutus scribit esse pateram in qua libatur. Virg.

— & plena supplex veneratur acerra.

Acerrae, ἀκέρης, oppidum est in sexta regione Italiae, in tractu Umbriae. Vide Plin. lib. 3. c. 14. § Est & altcrum hujus nominis oppidum mediterraneum Campaniæ, ad Clanum amnum, cujus frequenti inundatione penè est exhaustum. Ad quod alludit Virg. lib. 2. quum ait,

— vacuis Clanius non equus Acerris.

Hujus incolæ dicti sunt Acerriani, quorum meminit Plin. lib. 3. c. 5.

Acersecomes, { ἀκέρηκα. GALL. Qui n'est point tondu. ITAL. Zazzero, chi ha fatta zazzera. GERM. Unbeschoren/ der vil haat hat. HISP. El que tiene la cabelladura, no tresquillado. ANGL. Vnshorne. } Idem quod intonsus, sive capillatus. Iuvén. Sat. 8.

— si nemo tribunal

Venit acersecomes.

Hoc epitheto apud Græcos insignis est Apollo, quem admodum & apud Latinos Intonsi cognomine. Dicitur autem Acersecomes μαρτυρούστης, καὶ κείπειν τὸν νόμον, hoc est, ab intonâ coma.

Acervus, Cumulus: & ut Valla vult, propriè minutarum rerum, ut frumenti, leguminis. { ἄρπη tel. τριγ. GALL. Vn monceau, vntas. ITAL. Cumulo, mucchio, massa. GERM. Ein hauff füremlich kleiner dingen/ als torn/ erbs/ &c. HISP. Montón de cosas menudas, como sal. ANGL. An heap. } Pass. Ab aggerendo puto, velut Agervus. Tib. lib. 4.

Latior eluxit strigos super ignis acervos.

Plaut. in Pseudolo, Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti sunt domi. Aliquando tamen majorum: ut, Acervus scutorum. Accipitur etiam translatae pro rerum affluentia: ut, Acerus bonorum, τριγ. τριγ., quum opes non pondere, neque numero, sed acervatim congestas, & ipso cumulo infusulas intelligimus. § Simile huic est, Bos apud acervum, βός ἐπιστρέψω, de splendide ampliterque viventibus. Aut, ut ait Suidas, de iis qui in media rerum copia constituti, non finiuntur bonis presentibus frui. Strues autem est præcipue ligiorum: Strages cadaverum interfectorum, uno in loco jacentium, sive humorum, sive brutorum: Sarcina utensilium.

Acervatum, Summatum, per acervos, conjunctum. { חנירם חנירם כומארים כומארים. συγκόρ. GALL. Par monceaux. ITAL. L'uno adoso l'altro & senza alcun ordine. GERM. Haufschichtig/ mit haussen.

Hisp. Amontones, ANGL. By heapes. } Cæsar, Plerique acervatim se de vallo precipitaverunt. Colum. lib. 9. c. 13. Quum enim ejusmodi pestis incœlit, sub favis acervatim enœctæ reperiuntur. Acervatim dicere, quasi promiscuè & nullo servato ordine. Cic. Cluen. Acervatim iam reliqua dicam Iudices.

Acero, as, Accumulo, { אַכְרָב tsabar. σύρπη. GALL. Amonceler, entasser mettre en untas. ITAL. Accomolare, amassare. GERM. Zusammensetzen. HISP. Amontonar. ANGL. To heap. } Plin. lib. 6. c. 4. Plaga undique acervabimus. Quintil. lib. 9. c. 3. Nec verba modò, sed sensus quoque idem facientes acervantur.

Accratiō, verb. { עכבר kibbuts. צבור. sibbür. σύρπη. GALL. Amas, amonelement. ITAL. Amassamento. GERM. Häufung. HISP. Amontonamiento. ANGL. Heading. } Plin. lib. 11. cap. 53. Accervatio saporum pestifera.

Acrualis, & hoc acervale. Cic. 2. de Divin. Argumentationes, quas Græci Soritas vocant, acervales appellat his verbis: Aut quemadmodum Soriti respondeas: quem si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare: sed nihil opus. Ut enim ipsa Philosophia, & multa verba Grecorum, sic στριμός satis Latino sermone tritus est.

Aces, αἴξ, fluvius est in Asia, Chorasmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigans, de hoc Herod. lib. 3.

Acēſe, αἴξ, oppidum est Macedoniæ, cuius cives dicuntur Acesi, αἰξιοι. Vide Stephanum.

Acēſamen, αἴξιαρθρ. Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acemene, uno eorum, qui in Pieria regnaverunt. Vide Steph. Gentile est Acemanius, αἰξιαρθρός.

Acēſeo, vide Aceo.

Acēſeus, Patareus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Carystio, Palladis, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Unde etiam nobilia opera & insigni arte confecta, vulgato proverbio Acesei Heliconis opera dicebantur. Αἰξιος καὶ ἡλικῶν τρίποδα.

Accias, αἴξιας. Nomen est imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quain tollebat. Hinc fit, ut in proverbium abierit, Accias medicatus est, αἴξιας ιάσατο: quando quo magis malo nitimur occurrere, tantò magis ingavescit. Autor Diogenianus. Vide Eraf. in Adag.

Acēſīnvs, αἴξιος. Fluvius Orientalis, qui in Indum fluvium cadit, magnus & navigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis nasci, ut singula internodia incolis prætent vicem navigii. Estque gemmifer. Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 20. Strabo Accinem vocat.

Acēſium, Apollinem apud Heleos, cundem Pausanias putat, quem Alexicaon vocant Athenienses. Cal. Ant. lib. 9. c. 19. & id ratio nominis confirmat.

Acēſis, αἴξιας, genus est chrysocolla, diversæ ab orbitide. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

Acēſius, αἴξιος. Novatianorum Episcopus fuit, sub Constantino Imperatore: de quo vide Suidam.

Acēſseus, αἴξιος. Nauta ignavissimus, qui semper lunam accusabat, ut patrum navigationi opportunam. Hinc locus Adagio, Acessi luna, αἴξιας οὐλίν. Itaque Acessi dicti sunt comperendinatores, quibus nunquam ad bene agendum tempus est opportunum. Diogenianus.

Acēſtā, αἴξιον Stephano. Vrbs Siciliæ, ab Acete rege sic nominata, quæ eadem postea Segelta dicta est, ut inquit Servius Virg. 5. Æneid.

Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam.

In ea partem suorum reliquit Æneas, quum peteret Italianum.

Acēſtēs, αἴξιον, Filius fuit Crinissi fluminis Siciliæ ex Egesta Trojana muliere, ut testatur Servius Virg. 5. Æneid.

— occurrit Acestes

Horridus in iaculis, ερπετοῦ Libyſtidis ωρεῖ.

Hic jam senex, primò Anchisen & Æneam Italianum petentes suscepit hospitio, & mortuum Anchisen in Eryce monte Siciliæ sepelivit. Demum iterum à Carthagine redeuntem Æneam, quod illum venti impulerant, suscepit: abeuntem vino, & aliis muneribus, memor veteris amicitiae, liberalissimè prosecutus est.

Acēſtides, αἴξιδες, fornaces sunt ferreæ, prægrandesque, in quibus fit cadmia. Dioscor. lib. 5. in c. de cadmia.

Acēſtis, is. Fluvius Indiae navigabilis: iuxta quem Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

Acēſtium, Acetii. Nomen mulieris proprium, apud Pausaniam.

Acētābulūm, ab accipiendo dicitur, ut Hermolao placet: seu potius ab Aceto. Mensuræ genus est, quod Græci ἀκέρβης appellant, Cotylæ quartam partem continens, hoc est, irachmas xv. § Acetabula quoque in corporibus dicuntur pyxides (ut Anatomici vocant,) quibus coxendices infiguntur, & circa que vertuntur ossa coxarum, κρηνῆς. Plin. lib. 28. c. 11. Item ossa ex acetabulis pernarum, circa que coxendices vertuntur. § Acetabula item sunt veluti quidam caliculi in iis pisticibus, qui molles appellantur, ut in polypo. Plin. lib. 9. c. 30. Præterea negat esse ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numeroso succu detrahit eum. § Acetabula sunt etiam præstigiatorum vascula, sive caliculi, quibus astantium oculos præstringunt. Seneca lib. 6. epist. Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & caliculi, in quibus me fallacia ipsa delestat. § Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci κρηνῆς appellant, quod folia habeat concava, & quadammodo in acetabuli formam tornata: alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. § Acetabulum abusivè dici potest de rebus aliis, quæ similitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus esse, supra dictum est. Quintil. lib. 8. c. 6.

Acetare, dicebant veteres quod nunc dicimus agitare. Festus.

Acētāria, à quibusdam dicuntur herbae, seu cibaria, quæ ex aceto sumuntur ad excitandam cibi cupiditatem, quales sunt herbae virentes, quæ aceto, oleoque guttatum instillato concinnamus. § GALL. Vinaigrettes, salades, ou autres choses en vinaigre. ITAL. Cose composte in aceio.

aceto. GERM. *Salach*/ die Reuter so man aus Essig ißet. HISP. *Cofas compuestas con vinagrio, como ensalada.* ANGL. *Salletis.* § Funt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in acetariis sumpta corroborat: de portulaca loquitur. Græci, ἄινος appellant, quasi aceto tinctum, περὶ τὸ ἄινον κατάστασις. § Acetaria dici quoque possunt carnes minutim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.

¶ **Acetosa,** oxalis, herba. Iun. ¶

Ācētūm, vide *Aceo*, es.

Aceum, oppidum est Colchidis in ripa Phasis.

Āchæi, Ἀχαιοί, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

Āchæménēs, cum diphthongo, Ἀχαμένης. Nomen primi Persarum regis (ut scribit Herodotus,) à quo reges omnes usque ad Darium descendederunt. Hinc Persæ dicti sunt Achæmenii, & Achæmenidæ. Fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine. Luc. lib. 2.

— conjuret in arma

Mundus, Achæmeniis decurrant Medica Sufis

Agmina.

Āchæménia, Ἀχαμένεια, pars Persidis, ab Achæmone Ægei filio. Autor Stephanus. § Inde Achæmenius, id est, Persicus, vel Parthicus. Lukanus,

Passus Achæmeniis longè decurrere campis.

Achæmenides, Ἀχαμένηδης. Fuit unus ex sociis Ulyssis, Ithacus, Adamasti filius: à quo apud Cyclopas relictus, vitam in sylvis aliquando radicibus fructibusque sylvestribus sustinuit, donec eodem delatus Æneas, navigationis suæ comitem cum assumpit. Vide apud Virg. *Æneid.* 3.

Achæorum portus, Ἀχαιῶν λιμὴν. Portus est in Troade, sub promontorio ejusdem nominis: ita dictus, quod ibi Græci classis suæ stationem habuerint, quo tempore Trojanis bellum inferebant. Hujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Āchæia, Ἀχαια, propriè dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis secundum littus finis Corinthiaci, ab ipso Isthmo, usque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extensa: ita dicta ab Achæo Xuthi filio, ut tradit Strab. lib. 8. Hæc & Ægialus dicta, quod penè tota littoralis sit, præcipuâsque suas urbes habeat secundum mare extensas. In hac urbes fuerunt, Bura & Helice à mari absumptæ: item Sycion, Ægira, Ægion, & multæ aliæ, quas enumerat Plin. lib. 4. c. 5. Hanc Ptolomæus, ut ab Hellade distinguit, Achaiam propriè dictam appellat. Plin. verò hanc solam Achaiae nomine dignatur. Ptolomæus verò Achaiae nomine (quoties nihil addit) latissimam regionem intelligit extra Peloponnesum, quæ à Plinio Hellas, sive Græcia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epirum, à Septentrione Macedoniam habet, & partem Ægei maris: ab ortu quoque partem Ægei maris usque ad Sunium promontorium: à Meridie Ionium mare iuxta littus, quod ab Acheloo amne usque ad Isthmum extenditur. Hujus partes sunt Attica, Bœotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plin. lib. 4. c. 7. & Ovid. 13. *Metam.*

— auxilium promittit Achaia.

Āchæus, vel Achivus, Ἀχαιος, propriè dicitur, qui ex Achaia oriundus est. Ovid. 4. de Pont.

Nec potes infectis conferre Charybdis Achais.

Sæpe tamen uno nomine accipitur pro quibusvis Græcis. Idem 13. *Metam.*

— quos vobis semper Achivi

Profuit, &c.

Ibidem,

— vires subduxit Achivis.

Horat. in epist. ad Loll.

Quidquid delirant reges pleantur Achivi.

¶ Fuit etiam Achæus, poëta quidam Eretriensis, Tragediarum scriptor, paulò junior Sophocle, qui fabulas 44. docuit: unâ autem vidit. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis Tragicus poëta, Syracusis oriundus, qui & ipse decem fabulas edidit, quemadmodum autor est Suidas.

Āchæiæ, a, um, Ἀχαιοῖς, id est Græcius. Virg. 2. *Æneid.*

Et Danaïm solita naves, & Achaica castra.

¶ Et Achaicum mare dicitur quod Achaiam Græcorum provinciam ad Meridiem & Occidentem alluit.

Āchæiæ, dos, Ἀχαιοῖς. Ovid. Epist. 3.

Inter Achaia das longè pulcherrima matres.

Sunt qui legant Achaia das.

Āchæiæ, dis. Ovid. 5. *Metamor.*

Per tot Hamonias, per tot Achaias urbes.

Āchæiæ, Ἀχαιοί, oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hircani, non procul ab Oxo amne, quod antea Heraclea dicebatur, donec ab Antiocho Seleuci filio intauratum, Achaias cœpit appellari. Vide Plin. lib. 6. cap. 16.

Achana, fluvii nomen in Arabia, non procul ab Euphrate: de quo Plin. lib. 6. c. 28.

Achane, Ἀχαίη, genus erat mensuræ frumentariæ, apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. Gell. lib. 8. cap. 9. docet esse vasis geminis, in quo commenatus eorum includebatur, qui ad Theorias mittebantur. Vide Suidam, Eustath. & Arist. schol.

Achani, Ἀχαῖοι, populi sunt Scythiae, qui & Acharni, Ἀχαρνοί, dicuntur à Theopompo. Autor Stephanus.

Achar, nomen civitatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

¶ Acharistus, beneficii accepti immemor.

Acharistia, ingrata memoria, animus ingratus.

Acharista medicamenta, quibus satis gratia referri nequit. Cels. ¶

Acharitanum, Ἀχαριτόν, oppidum liberum est in Africa propriè dicta: ab ea parte, qua spectat tractum Cyrenaicum. Plin. lib. 5. c. 4.

Acharnæ, Ἀχαρνα, civitas est Græcia, in Attica regione, totius ejus tractus olim potentissima, teste Thucyd. lib. 2. ¶ Verba Thucydidis sunt, οὐαὶ ὀφίγελος ἐσ Ἀχαρνας κείσι μέντοι τῷ ἀττικῷ, τῷ δημούν καλεσθέντι. Donec Acharnas pervenerint locum agri Attici maximum, unum deus, quos vocant pagos. Vide Stephanum. Exstant igitur qui

alliam in Græcia civitatem ab hoc pago collocant.

Achateon, vide *Aeacium*.

Āchātēs, Ἀχατης scheho. ἀχατης. § Gemma est versicoloribus venulis ita distincta, ut nemorum, & fluviorum, & montium nonnunquam, & iumentorum & curruum speciem referat. Hanc primum repertam fertur ad Achatem Siciliæ fluvium: unde & nomen accepit. Postea & in India, & in Phrygia inventa est. Insignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuisse traditur, in quo novem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabantur, non arte, sed naturæ solertia ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 1. & 10.

Āchātēs, fluvius est Siciliæ: &, apud Virgilium, assiduus Æneæ comes, διὸς Ἀχατης, hoc est, à cura dictus, quæ perpetuò Reges comitatur.

Achedorus, vide *Echedorus*.

Āchēlōus, Ἀχέλωος, Ætolie rex, à quo fluvius ejusdem nominis, qui à Pindo oriens, & Ætoliam ab Acharnia dividens, in Maleacum sumum defuit. Theas autem appellabatur.

Āchēlōus, a, um, Ἀχέλωος, quod modò possessivum est, modò pro Aquæ ponitur. Virg. *Georg.* 1.

Peculâque inventis Acheloia miscuit uvis.

Veteres enim aquam omnem Acheloum nuncupavere, quod primus post diluvium erupisse terra fertur: sive quod Achelous in Græcia (ubi tot ingenia floruerunt) omnium fluviorum celeberrimus fuit. De hoc Macrob. lib. 5. c. 18. Hinc Achelaides, Ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ sunt.

Achemon, five Achmon, Ἀχεμών, Ἀχεμών, unus fuit Cercopum, qui una cum fratre Passalo, nullo non injuriarum genere in obvium quemque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cavere iussit, ne quando in Melampygum inciderent. Evenit deinde, ut Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem seclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, & Hercules dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus infidias sentiens, correptos ac vincitos de clava à tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Capitibus itaque pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt, non Lydorum more lave ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter se confabulabantur. Quod simul ac audisset Hercules, cognomine delectatus, & in risum solitus, vinculis eos liberatos dimisit. Hæc Erasmus in proverbio, Ne in Melampygum incidas. Meminerunt hujus fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazianzenus.

Ācheron, ontis, masculini generis, Ἀχέρων, Epiri fluvius est iuxta Pandionis urbem, ex Acherusia palude Thesprotiae profluens, multisque flaviis auctus in sinum Ambraciū influens. Quem qui traicerit, nunquam redire à poëtis fertur. Ad quod alludens meretrice apud Plautum, amanti reposcenti quæ dederat, respondet: Nam itidem ut Acheronti hic ratio accepti scribitur, Intrò receptum, quando acceptum non potest ferri foras. Sentit, nihilo magis ad amantem redire quod in meretricis domum est delatum, quam redeunt ab inferis mortui: unde, ut Catullus ait, negant redire quenquam. Plaut. Capt. sc. 4. a. 5. Vidi multa quæ sub Acheronte fierent, sed nullus, &c. Ibid. sc. 5. a. 3. Facito ut Acheronti ducas gloriam. Abi ad Acherontem Venefice. Amph. sc. 4. a. 4. & ibid. sc. 1. a. 5. Nec fecis est quæ si ab Acheronte veniam. Item Accervus, idem ibid. sc. 2. a. 4. Ulmarum acervus. ¶ Est & alter Acheron, teste Strabone, in agro Brutio, ubi Alexander Molossorum rex à Lucanis trucidatus est, Dodoneo deceptus oraculo, quo iubebatur Acherusiam aquam, Pandionique urbem cavere. ¶ Dicitur autem Acheron, non ut quidam somniant, ab α, & ριγεις, (sic enim diphthongo scriberetur: quod fieri non potest, quum penultimam semper corripiat,) sed potius απὸ τῆς ριγῆς, καὶ πέτη, quasi doloris fluvius. Vnde etiam poëtæ fluvium inferorum esse finixerunt. Virg. 7. *Æneid.*

Fletere si nequeo superos, Acheronta movebo.

¶ Ab Acheron fuit adjectiva Acherusias, a, um, Ἀχερουσίας, & Acherontias, Ἀχερόντιας Aristophani, & Acherons apud Plautum. Verum enim vero nullus adæquè est Acherons. Accipitur etiam pro infero loco.

Ācherontiæ, Ἀχερόνται, populi sunt in agro Brutio juxta Acherontem fluvium habitantes, quorum meminit Plin. lib. 3. c. 5.

Ācherōis, Ἀχεροῖς, peculiari epitheto vocatur populus alba, sive quod ad ripam Acherontis fluvii nascebatur, sive quod inter infelices arbores, quæ diis inferis sacræ erant, soleret numerari: sive, ut Pausanias refert, quod Hercules huius apud inferos conspectæ ramum ad superos attulerit. Aristoteles contrà, populum nigrum ita cognominat refert. Vide hæc latius apud Ruellium lib. 1. c. 119.

Ācherontiæ, civitas parua Apulia, in monte sita: quam ob hoc nidum appellavit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summate, sicut nidi avium in summis arboribus. Horat. lib. 2. Car. 3.

Mirum quod fore omnibus

Quicunque celsa nidum Acherontia, &c.

Acheruns in fœm. gen. Plaut. Capt. Verum enim vero nulla adæquè est acheruns, atque ego ubi fui. ¶ Acheruns ulmorum, pro acervo in quo conteruntur ulmi.

Acherunticus, capularis senex. Plaut. Merc. Quid tibi ego ætatis video? Acherunticus senex, vetus, decrepitus.

Acherusia palus, Ἀχερουσία λιμνή, inter Cumam & Aversam, p̄ aperta plana ad ipsas usque Cumas penè diffusa. Diod. lib. 2. Bibl. agens de sepulchris Ægyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadavera in ulteriore ripam deferenda: navim vero ipsam qua trajicitur, Barim, hoc est onerarium appellari: inde natam de Charonte, qui animas transvehebat Stygem, fabellam. ¶ Acherusia, item specus est iuxta Heracleam urbin, ab Hercule conditus in littore maris Euxini, ad Manes usque (ut fama fert) pervius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incolae memorant. De hac Ovid. lib. 7. Met.

Specus est tenebroso cactus hiatus,

*Et via declivis, per quam Tyrinthius heros
Restantem, contraque diem, radiosque micantes
Obliquantem oculos, nexit adamante catenis
Cerberon attraxit.*

¶ Item, lacus Thesprotiae in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit qui in Ambracium sinum defertur. Autores Pompon. lib. 2. Strabo lib. 5. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Acherusius humor. Sil. Italicus lib. 13. & Lucret. lib. 3. Acherusius, hujus Acherusidis, vel Acherusidos, scem. gen. *άχεροντος*, idem quod Acherusia. Valer. Flacc. lib. 5. Argonaut.

*Inde premente Noto tristes Acherusidos oras
Praterit.*

Achætæ, quasi sonoræ, *άχεται*, Dor. pro *άχεται*. GALL. Cigalles, sauterelles. Cicadæ, quarundam (ut inquit Suidas,) non species, sed epitheton est, dictum *άχεται εις αγέρας*, hoc est, ab eo quod inter spinas canant. Plin. lib. 11. cap. 26. Similis cicadæ vita: quarum duo genera, minores, quæ primæ proveniunt, quæque sunt mutæ, & novissimæ pereunt: majores, quæ canunt, vocantur Achætæ.

Achillæs, *άχιλλες* Plutarcho, Servi Ægyptii nomen est, cuius manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharsalia;

— sceleri delectus Achillas.

De hoc vide plura apud Plutarchum *in vita Pompeii*.

Achillea, *άχιλλεια*, insula est exigua, Borysthenis ostio objecta: ab Achille in ea sepulso nomen habens, ut refert Pompon. lib. 2. ¶ Est & Achillea, *άχιλλεια*, herba millefolio similis, qua Achilles illius inventor Telephum suasse fertur, teste Plin. lib. 25. cap. 5. Hodie tamen parum est cognita, inquit Cordus.

Achilleus, cursus, *άχιλλειος*, Peninsula est non procul ab ostio Borystenis amnis ad formam gladii in transversum poirecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Achilleis, *άχιλλεις*, opus est Statii Papinii, quo ille Achillis pueritiam descripsit, totam ejus vitam prolequuturus, nisi immatura eius mors tam insigne nobis opus invidisset.

Achilleis, sive Achilleas, *άχιλλεις*, Theophrasto, *άχιλλειας* Hippocrati, hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis majoris: ideoque ærugini magis obnoxium. Vide Ruell. lib. 2. c. 15.

Achilleus, *άχιλλευς*, Myriophyllum herba appellata, quidam eam Achilles invenisse traditur in curando vulnera Telephi. Plin. lib. 25. c. 5.

Achilleus, sive Achilleus, *άχιλλευς*, nomen viri apud Homerum celebrissimi. Huius nominis genitivus tam in i, quam in is, finitur: ut, Achilleus à nominativo Achilles: Achilli vero à nominativo Achilleus: Nomina enim in eis per diphthongum terminata, quæ more Latino genitivum faciunt in ei, per duas syllabas, sepe per crasim contrahuntur in ei diphthongum, vel i longum, ut apud Virg. 1. *Eneid.*

Troas reliquias Danaum atque immitis Achillei.

Interdum solvit hæc diphthongus in carmine, dicimusque Achillei, pro Achillei, & Vlyssæ, pro Ulyssæ. Horatius lib. 1. Carmin.

Nec cursus duplicitis per mare Vlyssæ.

Hic Pelei & Thetidis filius Chironi nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis habitu muliebri absconditus, ex Deidamia generavit Pyrrhum. Iratus Agamemnoni, post mortem Patrocli suscepit à Vulcano arma nova. Hectorem occidit. A Paride, conjugium Polixenæ sperans, tandem occiditur, & in Sigeo sepelitur. Ovid. 13. Met.

Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli.

Ibidem,
Tuque tuis armis non te potiremur Achille.

Ibidem,
— Danaïs magnus successit Achilles.

Plaut. Mil. sc. 1. a. 1. Hiccine est Achilles? Est, inquit, sibi: Imò ejus frater. Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

— qui mibi vulnera fecit

Sotus Achilleo tollere more potest.

¶ Tantæ fortitudinis fuisse fertur, ut (teste Gellio lib. 2. c. 11.) insigni fortitudine duces Achilles appellantur, & argumentum Achilleum, quod sit insuperabile & insolubile, vocetur. Quicquid itaque invictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus. Unde de iis qui omni in re vincerent dictum fuisse, ex Aristophane coniunctum est. Iecit Achilles duis tesseras & quatuor, *βισόληντας άχελλας δύο κύβας επιστραγγες*: propterea quidam is tessellarum iactus felix esset. ¶ Item Achilles, nomen est tragœdia ab Aristarcho composite. Plautus in prologo *Pænuli*, Achillem Aristarchi mihi commentari lubit: Inde mihi principium capiatur ex tragœdia. ¶ Achilles Romanus ob insignem fortitudinem dictus est Læucus Sicinius Dentatus, quidam pugnans in hostem centum & viginti præliis cicatricem aversum nullam, adversas quinque & quadraginta tulerit. Gell. lib. 2. cap. 11. Achilles etiam cognomen eadem de causa adscribit Q. Cotio Val. Max. lib. 3. Ab Achille fit patronymicum Achilleides. Ovid. 8. epist. 1.

Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.

Achilleum, *άχιλλευς*, genus spongiarum tenuis densumque, ex quo fiebant penicilli. Plin. lib. 4. cap. 4.

Achillæs, Achillidæ, *άχιλλεις*, insula in Ponto Euxino ad Borysthenem, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Achimenes, lege Achæmenis, & vide in dictione *Achæmenia*.

Achimenes, Plinio *άχιμενης*, sive, ut apud Diosc. legitur, Achamenis, *άχιμηνης*, herba est quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plin. lib. 25. cap. 4. Achimenide conjecta in aciem hostium, tependare agmina, ac terga vertere.

¶ Achinesia, media quies inter systolem, & diastolem pulsus. L. M. Achirologia, sermo, qui ad manus non potest venire. Pap. ¶

Achilaris, oppidum. Plin. lib. 6. 24. 30.

Achisarmi, *άχισαρμης*, Africae populi. Plin. lib. 6. cap. 30.

Achne, *άχνη*, autore Plin. lib. 5. cap. 31. Insula est Rhodiorum in mari Carpathio: quæ deinde Casos dicta est. ¶ Achne etiam, id est, *άχνη*, significat minutæ quædam festucas ex spicis inter triturandum evolantes, & latius accipitur pro quibusvis rebus minutis: dicta quasi

άχνη, ab a. privativo, & *άχνη*, tenco. Vide Erasmus in proverb. Næ ramenta quidem.

Acholai, *άχολαι*, oppidum est Arabiæ, non procul à Nabathæis. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

Acholla, *άχολλα*, libera civitas est in Africa propriæ dicta, nona procul à Zella, autor Strab. lib. 17.

Acholus, *άχολος*, carens bile.

Achomæ, & Achomeni, populi sunt Arabiæ felicis. Stephan.

Achōrēs, *άχωρης* Galeno, sunt cutis capitis ulcera foraminosa, sanie tenaci fluentia, quæ medianam quædam consistentiam inter aquæ tenitatem & mellis crassitudinem obtinent. Nam in quibus sanies mellis crassitudinem adsequat, Ceria, *κερια*, vocantur, quæ & foramina habent ampliora. ¶ Achoras Galli tinea vocant, similitudine sumpta ab iis animalculis, quæ vestes arrodunt. Malum est pueris in primis familiare. Vide Fuchsium & Manar. in epist.

Achor, *άχωρης*, Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam invehebat, quæ protinus ut Deo huic litatum erat, extinguebatur. Vide Plin. lib. 10. cap. 28.

Achradina, *άχραδην* Stephano, pars est urbis Syracusanæ, cum reliquis urbis ejus partibus ponte conjuncta. Vide eius descriptionem apud Cic. aet. in Verr. 6.

Achras, adis. *άχρας*. GALL. Poires sauvages. ITAL. Péra salvatica. GERM. Ein gattung der holzþyren/ oder wildþyren. HISPA. Perros de mata, péros montesinos. ANGL. An sort of peares which groweth in woodes. ¶ Pyri sylvestris genus est tardissime maturans, majorēque vim habens astringendi, quam cætera pyrorum genera, vocique in primis officiens. Unde Trasybulum Atheniensem accepimus Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne postulatis illorum contradiceret, simulasse se achrades comedisse, atque ob id loqui non posse. Vide Col. lib. 7. cap. 9. & Dioscor. lib. 1. & Gal. lib. 6. de facult. simpl. med. ut quidam Matthæi 3. ubi de Ioannis cibimento fit, *άχραδης* legebant, quasi pyris sylvestribus ille vesceretur: sed male, cum haud dubie de loculis intelligendum sit.

Achrēstus, *άχρηστης*. GALL. & ITAL. Inutile. GERM. Unnütz. HISPA. Desaprovechado, sin provecho. ANGL. An profitable, of no price, that serveth for no use. ¶ Inutilis, ineptus, nullius momenti & pretii. Inde *άχρηστη* inutilitatem significat, sive incommunitatem.

Achriane, *άχριαν* Stephano, oppidum est ad mare Hyrcanum, cuius meminit Polib. lib. 10.

Achriogelus, *άχριογελος*. GALL. Grand riard. ITAL. Colui che ride troppo & senza causa. GERM. Edherig/ der vmb eins yeden dinga willen lacher. HISPA. El que mucho se rie. ANGL. A great laugher. ¶ Dicitur qui proclivis est ad risum, quasi temerè & sine causa ridens, quod stultitiae signum est: unde etiam pro stalto, aut insano possum invenitur proverbiali nova forma.

Achrua, Ptolomeo est civitas Arabiæ felicis. Vide *Achoma*.

¶ Achylis, cicatricula circa nigrum oculi, caligini sunilis, superficiaria, L. M. ¶

Achyrosis, *άχυρος*. Ratio quædam est commissendi paleas cum argilla, aliòve luto ab hirundinibus (ut videtur) primum excogitata, quæ ex luto festucis quibusdam commisto nidos sibi conficiunt. Has deinde rustici imitati ædificiorum suorum parietes hac materia faciunt. Nomen habet *άχελλας*, hoc est ab acre: unde & à Latinis quibusdam Lutum aceratum appellatur.

Acia, filum aciculæ. Gloss. *άκινθης*, Titin. Barbato: Phrygio fui primò, benéque id opus scivi, reliqui acus aciásque hero atque heræ nostræ: Marcell. ¶ Pro manipulo, sive contubernio. Leo const. 3. Anonymous, *άκινθος*, *άκινθης*, *άκινθης*, *άκινθης*, *άκινθης* ist.

¶ Aciarium *άκινθης*. Gloss. id est, ferrum acie roboratum. ¶

Acriæs, securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes utebantur. Festus, & Glossarium.

Acibi, *άκιβη*, populi sunt in Sarmatia Europæ post Riphæos montes: recensentur à Ptolomeo.

Acicula, formatione, non significatione diminutivum ab acu, ut inquit Priscianus, est spinula quædam ex ferro, vel alio metallo, quandam acus similitudinem referens, qua utuntur mulieres ad ornatum capit. ¶ *πηνιας*. *άκινθης*. GALL. Epingle. ITAL. De capo le spille. GERM. Ein glufen. HISPA. El alfiler o aguja pequeña. ¶ Est item pisces tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A Græcis *άκης* appellatur. ¶ Est & herba huius nominis in cultis in locis sponte sua nascent, plebis Atheniensis quotidianus olim cibus, odore ad daicum, reliqua similitudine ad chærophillum accedens, exerta habens in vertice cornicula, quæ acus effigiem repræsentant: à quo habitu à Romanis vocata est Accicula, teste Diosc. Græcis dicitur *άκης*, quo nomine & Latini utuntur.

Acidaliæ, *άκιδαλια*, Veneris epitheton, vel quia injicit curas, quas Græci *άκιδης* dicunt: vel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotia civitate, in quo se Gratiae lavant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim, & Liberi filiæ sunt: nec imiterit. Gratiae enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hæc Servius.

Acidalius, *άκιδαλιος* Suidæ, fons in Orchomeno, oppido Bœotia, Veneri sacer: unde etiam Acidalia dicta est. Virg. 1. *Eneid.*

— at memor ille

Matris Acidalie.

In hoc etiam fonte se Gratiae lavare dicuntur: unde & ipsæ, Sorores Acidaliæ passim à Poëtis appellantur. Græci fontem *άκιδαλιος* efferunt feminino genere, respicientes nimurum ad substantivum *άκης*, vel *άκη*, eiusdem generis. Nos acidaliū efferimus, qui fontis nomen in masculino genere appellamus, quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi *άκης*.

Acidon, *άκιδων*, amnis est in Blide Peloponæsi regione, Iordanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

Acidōton, *άκιδωτος*, herba est, quæ notiore nomine Poterium, *μοτίστας*, & Neuras, *άκιδης*, dicitur. Plin. lib. 25. c. 9. eandem Phrynon vocat. Vide Diosc. lib. 3. c. 15.

Acidus, & Acidulus, vide *Aceto*, es. Quint. Placidus quidam dictus est Acidus,

Acidus, quod natura acidus esset.
Acidulus, pontis nomen in agro Venefrano: ita dictus, quod aquas haberet acidulas, id est, subacidas. Plin. lib. 31. cap. 2.
Aciens, olim populi erant in Latio, qui una cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Plin. lib. 3. cap. 5.
Acires, genus securis. Non. Isid. gloss.
Acires, securis aerea Sacerdotum sacrificantium, Fest.
Aciés, tria significat. Primo acumen falcis, gladii, & similiū quae scant. { יְרֵא תַּשְׁרֵב בִּי הַכְּרֵב. אֲגָרֶת, אֲגָרֶת. GALL. L : pointe ou taillant d'une épée ou autre glaive. ITAL. Il taglio à pointe di coltello, & cose simil. GERM. Die schneiden oder scherppse eines eisens. HISP. Hilo à pointe de cosa aguda. ANGL. The edge of a sword. } Et dōs & anguis dicitur: sive à Latino verbo Acuo, unde & Acumen deducitur. Cic. in Verrem act. 4. Iam autem securum tuarum viderat. Columella lib. 4. Obtusa enim, hebesque & mollis falx putatorem moratur, eoque minus laboris efficit, & plus laboris afferit vintori. Nam sive curvatur acies, quod accedit molli: sive tardius penetrat, quod evenit in retuso & crasso ferramento, majore nisu est opus. Virg. 2. Georg.

Ipsa acies falcis nondum tentanda, sed uncis.

Carpenda manibus frondes.

Aciem ferri exterere, est adhibita cote acuere. Plin. lib. 26. cap. 3. Alii, quoniam vis eadem in morte esset, que cotibus ad ferri aciem deterendam. Aciem trahere, proprium est aquæ, quum ferrum acuitur. Secundo, Exercitus instructus. Vegetius cap. 13. lib. 3. Acies exercitus instructus. Tibull. lib. 4.

Adversisque parant acies concurrere signis.

Idem ibidem.

Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen.

Plaut. Milit. sc. 1. a. 1. Splendor clypei oculorum perstringat aciem in acie hostibus. Velleius, Directa acie, vel agminibus pugnare. Idem, Nemo nisi acie consumptus civis. Idem Velleius, Acies Labienum abstulit. Plaut. Cure. Ita me clypeus & machera iuuent pugnantem in acie. Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Hostes vivos rapere ex acie folco. Ovid. 23. Metam.

— in quantum marte feroci,

Inque acie valet.

Vell. Acie concurrere. Quint. Acies ut instruenda. { παραγέτες. ANGL. The fierce part of an army. } & quum ad diuinandum paratus est: vel quod acuto ferro armatus sit: vel certe quod acuta fronte soleat collocari. Virg. Georg. 2.

— & campo stetit agmen aperto

Directaque acies.

Et acies quidem instructa his vocabulis vocari solet, Frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turrets, cornu, & quibusdam aliis. Atque interdum pro ipso confictu & prælio sumitur. Tacit. lib. 10. Prima acie fusum, victum, vincitumque Romanum. Et lib. 14. Vincendum illa acie, aut cadendum. Ovid. 13. Met.

Post primas acies, id est, prima prælia.

Cæs. lib. 1. bell. cit. Aciem triplicem ducere. Ibid. Acies pro singulis exercitus partibus, ut Acies prima, secunda, tertia. Idem, Acies in renavali. Ibid. Hinc locus proverbio, in acie novacula, inī ἐπί ακρί, hoc est, in suum discriminare. Hom. Iliad. 1.

Nuō γὰρ δὴ πάντεσσι τοῖς ξυρῷ ισταναι ἀκρίς,
Αὐτὸν δὲ τὸν αἰρέσθαις, οὐδὲ βασιλεύειν.

id est, Nunc etenim cunctis sita res in acie novacula est, Vivante, an tristi exitio absuntur Achivi. Vide Sophoclem in Antigone. Tertiō, oculi lumen, γλωττήν. ANGL. The sight of the eye. } Cic. de Somnio Scipionis. Radiis Solis acies nostra, sensusque vincitur. Idem 2. de Nat. deorum, Acies ipsa, qua cernimus, qua pupilla vocatur. Per translationem, Acies iunxit pro ingenii perspicacitate. Cic. in Catone. Nonne nobis videtur animus, qui plus cernit & longius, videre se ad meliora proficiunt: ille autem cuius obtusior sit acies, non videre? Acies orationis. Plaut. Epid. Orationis aciem contra conferam. Orationis aciem ioco dixit de acutissima atque acerrima oratione. Acies authoritatis: id est, vis authoritatis. Cic. in Caril. 2. Hujus genitivum veteres tam Acie quam Aciei extulerunt. Sallust. lib. 1. Historiarum, referente Gellio, Dubitavit acie pars, pro aciei.

Acila, αἴλα, emporium est maritimum Arabiæ, distans (autore Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione navigationis Indicæ) triginta dierum navigatione à Bernice Trogloditarum urbe.

Acilisena, αἴλισενα, regio est Asia, inter Taurum, & Euphratem, de qua Strabo lib. 11.

Aciliorum Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui devicto Antiocho statua oblata est auris bracteis incrustata, ut annotavit Cælius Rhod. lib. 29. cap. 24. Item Acilius prænomine Marcus, quo consulatum gerente cum C. Portio, lacte & sanguine pluisse, autor est Plin. lib. 2. cap. 56. Fuit & Acilius cognomine Buta, cui post amplissimum patrimonium absumptum, inopiam suam confitenti, nihil aliud à Tiberio responsum est, quam illum sero ex perrectum esse. Vide Suet. in Tiberio.

Acilius, vel habens nasum aquilinum. Pap. ||

Acimero, oppidum ulterioris Hispaniæ, in tractu Celticico, iuxta Lusitaniam in conventu Hispaniæ: de quo Plin. lib. 3. cap. 1.

Acina, αἴνη, oppidum est interioris Æthiopie, ultra Syenem, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Acinacis, gladius Persicus. Horatius lib. 2. Carm. Vino & lucernis Medus acinacis, Immane quantum discrepat. Valerius Flac.

Insignis manicas, insignis acinace dextra.

Pollux Acinacem esse interpretatur Παρθενοκέρασον τοῦ μετεπομπῆς, hoc est, Persicum quandam gladiolum, qui à femore suspendebatur. Herodotus quoque lib. 15. autor est, Pantheam Abradatæ uxorem, acinace quem habebat, sibi iugulum aperuisse. Suidas verò Acinacem esse ait μετεπομπήν παρθενοκέρασον, hoc est, parvam Persarum hastam. In qua etiam sententia Arianus fuisse videtur: omnibus tamen hoc concordit, ut nominativus ἀντίστοιχος offeratur. Unde & apud Lat-

nos Acinaces per secundam vocalēm, non Acinacis per tertiam, legendum videtur.

|| Acinari, tricari, in parvo morari. Isid. gloss.

Acinaticum, acidum. Suppl. Antiq.

Acineta, immobilia. Tertull. ||

Acinūs, αἰνός. Dioscoridi, herba est tenuibus siccisque surculis, ocymo similis odoratu, sed hirsutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex vulgo, Sylvestre baſilicum vocant, Latini Ocymastrum, quod planè Ocynum imitetur. Plin. lib. 20. cap. 16. hanc herbam & coronarum & ciborum causa ab Ægyptiis seri aſſerit: & alio nomine Epitreon vocari, & nunquam florere.

Acinūs, i, masculini generis, & Acinum neutrius, teste Nonio, in uva id dicitur quod vulgus granum appellat. Κριτικήν εἰσαρτσάν. παξ. GALL. Un grain de raisin. ITAL. Acino, grano d'uva. GERM. Xornlin in den Trauben. HISP. El granillo de razimo. ANGL. A kernel in grapes, or in other such frutes. } Neque solum uvæ, sed hederæ, sambuci, tribuli, malii punici grana, acinorum vocabulo continentur. Acina ebriosa, pro acino. Gell. cap. 2. lib. 7. Atque in hoc à bacca differt (ut Valla vult lib. 4. cap. 28.) quod acini fructus minutiores, arborum fruticūmque densius nascantur; baccæ verò dispersius & rarius, ut fructus lauri, olivæ, corni, loti, lentisci, baccæ meliūs, quam acini dicuntur. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur. Virg. in Gallo.

Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.

Hoc Acinum, Varro apud Non. Colum. lib. 12. cap. 43. Quo tempore crassa, variaque sint acina. Idem lib. 12. cap. 39. Uvam præcoquam brevi maturam legere, acina arida, & vitiosa rejicere. Ibid. Ubi sati erunt corrugata acina demito. Et Cato lib. 12. Si quæ acina corrupta erunt, expurgato.

Acinacēus, five Acinatius, Palladio lib. 1. cap. 6. παραγέτες: ut, Vinum acinaceum, quod ex acini aqua maceratis expressum est: ita dictum ad differentiam vini facitii. Vlpian. l. si quis vinum, ff. de tritico, vino, vel oleo legato. Acinaceum planè vino continebitur. Huius conficiendi rationem leges apud Cassiodorum lib. 12. var. epist. ad Canonic. Venet. & Plin. lib. 14. cap. 9.

Acinari, tricari, in parvo morari, forte Aginari. Festus, Agina est, qua inservit scapus trutina, id est, in quo foramine trutina se vertit. Unde aginatores dicuntur, qui parvo lucro moventur.

Acinōsus, a, um, ab Acinus dicitur, quod multos habet acinos. { παραγέτες. GALL. Graineux, plein de grains, raiſineux. ITAL. Cosa piena d'acini d'uva. GERM. Das voll Kornlin ist. HISP. Cosallena de aquellos granillos: ANGL. Which is full of kernels or graines. } ut, Uva acinosa. Dicitur etiam de aliis plantis, que semen habent ita dispositum, ut in uva acini. Plin. lib. 12. cap. 13. Asari semen acinosum, saporis calidi ac vinosi. Idem lib. 14. cap. 3. Columbine uvæ acinofissimæ.

Acipēnsēr, & Acipensis apud antiquos piscium nobilissimum est habitus, qui unus omnium squamis ad os veris contra aquam nando meat. Hunc Plin. lib. 9. cap. 17. testatur suo seculo nullo fuisse in honore, quod semirari ait, quum esset rarissimus. A quibusdam, codem Plinio teste, Ellops, ἔλοψ, vocatus est. Alii Callionymon, alii Anthiam, nonnulli etiam Callichthys appellaveré. Huic olim tantus habebatur honos, ut à coronatis ministris cum tibiis in convivium soleret inferri: ut in Saturn. testatur Macrob. lib. 3. cap. 16. De hoc pisco extat distichon Martial. lib. 3. in Xenii,

Ad pallatinas acipenserem mittite mensas,

Ambrosias ornent munera rata dapes.

Aciris, αἴρις, fluvius est in ea Italiae parte, quæ olim Græcia magna dicta est, iuxta Heracleam & Metapontum. Plin. lib. 3. c. 5.

Acis, αἴσις, fluvius Siciliæ, ex Ætna procedens: ex cujus ripis fertur Polyphemus saxum in Vlyssem iam fugientem eiecisse. Acis, insula una ex Cycladibus. Plin. lib. 4. c. 12. Acis etiam adolescentis Sicili nomen fuit, Fauni & Simæthidis filii, qui quum Galatheam Nympham adamaret, à Polyphemo rivale suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. Vide Ovid. 3. Metamorph.

|| Aciscularius, lapicida. Suppl. ||

Acitani, αἴτινοι, Hispana gens, simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione colens, quem Necyn, id est, Martem vocant. Macrob. saturn. lib. 1. Vide Strab. lib. 4. initio.

Acitavones, Plin. lib. 3. cap. 20. numerat inter populos Alpinos.

Acirhius, αἴριος, fluvius est Siciliæ, non procul à Lilybeo promonto-rio, in mare influens. Autor Ptolomæus.

Acito, agito. Propter cognitionem & affinitatem inter se literæ c, & g, commutabantur. Fest.

Aclassis, tunica ab humeris non consuta. Festus.

Aclerūs, exhaeres, qui hæreditate privatus est, ἄπολες, quasi ἀπολέπεις. ITAL. Desheredato. GALL. Desherité. GERM. Unterbt. HISP. Desheredado. ANGL. Disherited. } Hoc est, sine sorte, parte, vel hæreditate. Bud. in Comment. lingua Græca.

Acleti, αἴλετι, adverb. Græcum, quasi dicat, citra vocationem, citra invitationem. Proverbii loco dicitur quoties invocatus quis accedit ad convivium, quod & amici cœnitæ faciunt. Hermol. Plin. lib. 35. cap. 11.

Aclidēs, αἴλιδες, sunt tela quædam antiqua adeo, ut nusquam memorantur in bello. Legitur tamen quod sint clavæ quædam breves eminentibus hinc & hinc acumibus quibusdam, quæ ita in hostem iaciunt religatæ loro, vel lino, ut peractis vulneribus, possent redire. Virg. lib. 7.

teretes sunt aclidæ illis

Tela: sed hac lento mos est aptare flagello.

Acmatissa, seu homotona febris, ἀκματικὴ πυρετός, febris ab initio ad finem usque similis. Epacmaistica, sensim invalescens, sive quæ continuo crescendo procedit. Paracmaistica, quæ decrescendo remittitur. Galen.

Acmata, Arabiæ regio, Steph.

Acme, αἴμη. Vox Græca est, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò vigorem, modò florem ætatis interpretatur. } Est etiam mulieris nomen, apud Catullum.

Acmodæ,

Aemōdæ, *āmōdæ*. Septem sunt insulae post Hyberniam, non procul ab Orcadibus. Vide Plin. lib. 4. cap. 16.

Aemonia, *āmōnia*. Stephano urbs est Phrygiæ in conventu Synnadio: cuius meminerunt Ptolom. & Steph.

Aemonenses, sive ut apud Plin. Nat. hist. lib. 5. cap. 25. legitur, Aemonenses: *āmōnēs*. Stephano populi sunt Aemoniæ urbis.

Aemōn. { *āmōn*, Latinè incus. GERM. Ein Amboss. ANGL. An anvil. } unde Pyracmon unus fuit ex Vulcani famulis; quod à calenti incude nunquam discederet. Virg. 8. *Eneid.*

Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

Aemonides, *āmōnēs*, inter Vulcani ministros numeratur: dictus *āmōnēs* hoc est ab incude.

Aemotheton, *āmōthētōn*, truncus ille, qui impositam sustinet incudem.

Aenua, mensuræ genus, quo rura antiqui metiebantur, ut tradunt rei rusticæ scriptores.

Aētēs, *ātēs*, apud Ovid. lib. 3. *Metamorph.* nautæ pauperis nomen est, quod & ipsum vocis compositio indicat: *ātēs* enim apud Græcos sonat, Sine cubili.

